CONSILIA
ET RESPONSA
EX CODICE MINIMO
HVC CONSVLTÒ
tranſlata:

IN QVIBVS VARIAE, ET EX EIS NON paucæ hactenus intactæ, diluuntur difficultates.
Quarum Seriem demonſtrat Conſiliorum finis.

Authore R. P. STEPHANO ISNARDO Tolonenſi eiuſdem Ordinis, Sacræ Theologiæ Profeſſore.

PIETATI, IVSTITIÆ, CHARITATI, PACI, VERITATI.

Conſiliis anima dulcoratur. Prou. 7.

LVGDVNI,
Ex Typographia CLAVDII CAYNE, in vico Nigro, ſub ſcuto Leonis aurei. 1632.

Digitized by Google

Digitized by Google

Reuerendo admodum Patri

P. IOANNI DV-BOVRG

S. ORDINIS MINIMORVM in Prouincia Lugdunenſi Prouinciali.

F. STEPHANVS ISNARDVS Minimus & humilis ſubditus,

Sempiternam Fœlicitatem.

CONSIDERANTI mihi (Pater admodùm Reuerende) meritorum tuorum cumulum, & hanc fœlicem electionem, qua te Patres vnanimes, primo ſcrutinio, nemine refragante, in florentiſſimæ Prouinciæ huius Lugdunenſis Prouincialem meritiſſimum delegerunt: in mentem venit illud Pſaltis, [a] O quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Omne ſanè tulere punctum,

a *Pſalm. 132. cui titulus;* Canticũ graduũ Dauid.

dulci miſcentes vtile: eligentes inquā
proſapiæ nobilitate clarum, ſed vir-
b Num. 12. tutum ſplendore præfulgētem: [b] mi-
c Exod. 32. tiſſimum, ſed Dei gloriam [c] zelātem:
d 2. Cor. 5. non [d] ſemetipſum commendantem,
e Heb. 5. ſed à Deo vocatum: benignum, ſed
regularem: meritis exaltatum, ſed
humilem: ſibi bonum & ſubditis: vt
vnguentum in Capite, non modò
deſcendat in barbam, barbam Aarō,
ſed & in veſtimenti eius oram; & ad
minima quæque tuæ huius Prouin-
ciæ: dum illius Superiores & ſubditi,
Sacerdotes & Clerici, Laïci & Obla-
ti, de tua promotione non vulgariter
f Lucæ 10. collætantur; videntes [f] oleum vino
g Heb. 9. mixtum, [g] virgæque mannam non
deeſſe. Hæc nempe non tam publica
fama, quàm proprio didicerunt ex-
perimēto, in duobus à te iam exactis
Prouincialatibus: ad quorum pri-
mum, in Angliæ finibus non ſanè
deliteſcens, ſed pro Religione labo-
rans,

rans, è Conuentus Rhedonenſis Vicario, abſens aſſumptus fuiſti: ſicut & ad ſecundum, ſtatim tranſacto ſubiectionis triennio, aduerſante licèt aduerſa valetudine, qua in Infirmaria detentus exteriori, ab electionis arcebaris tractatu. Sed parum tibi viſum fuit abſentem eligi, ſi non diſſentires præſenti conſenſum poſtulanti; nec inconſulto religioſæ memoriæ R. P. Ægidio Camart, eidem conſentires. Audiuimus dicentem [h], Non volentes neque currentes aſſumito, ſed cunctantes, ſed renuentes. Etiam coge illos & [i] cõpelle intrare. Ideo te in Prouincialem tertiò delegimus, bonum publicum tuæ præferẽtes quieti, qua in Conuentu Belliregardenſi fruebaris; lubẽs, promore, penitùs abdicatis Religionis negotiis commiſſis ſucceſſori: ſubiectionis tempore, in communi ſimplicitate Deo vacás. Speramus quip-

h *D. Bernar. l. 4. de conſid. c. 4. Rom. 9.*

i *Luc. 14.*

pe, te Prouinciali, quòd deſcender
ros Hermon in montem Sion: quòd
illic Dominus mãdabit benedictio-
nem, ſed & vitam vſque in ſæculum;
veram, qua ſolidè ſubſiſtimus, humi-
k 1. Cor. 13. litatem reſtaurando: illam quæ [k] nũ-
quam excidit, in nobis accendendo
charitatem. Quid ergo memorem,
communem tibi cum Genebrardo
Patriam? conſanguineos euectos ad
honores Regni præcipuos? fratrem
quondam Conſiliarium & Senatorẽ
Regium: Patrem Regi à Conſiliis, &
totius Aruerniæ Legatum Capitaliũ
litium Iudicem? Proauũ, germanum
fratrem Antonij du-Bourg, ſub Frã-
ciſco I. Galliarum Cancellarij? Quid
celebriora Regni pulpita tuis illu-
ſtrata Sermonibus? Quid vniuerſalẽ
erga te Galliæ totius amorem? Non
tua, ſed te miror; ſed virtutem, ſed
ſimplicitatem tot ſociatam meritis;
ſed Religioſam grauitatem, mira cõ-
dîtam

dîtam ſuauitate;ſed Dei,Religionîſ-
que zelum [l] cuius laus eſt variis in l 1. Cor.
Capitulis Generalibus,ſed in vltimo 8.
maximè Barchinonenſi. Ne tamen
auerſeris iſta promentem ſubditum
ex cordis intimis, ſi fortè meum vol-
uendo Codicem, hanc Epiſtolam
perlégas,quàm mihi potiùs,quàm ti-
bi ſatisfaciens ſcribo.Sufficiat auſum
me non fuiſſe, tuis illam oculis aſpi-
ciendam exponere, ne reſpueretur
ab humili: illáque mea indiguiſſe
Conſilia; quæ vt à te vel firmentur,
vel emẽdentur tibi offero,vt ei [m] ad- m Pſalm.
hærenti [n] cuius eſt Conſilium & æ- 72. n Prou.
quitas: à cuius Conſiliis deuians, eſt 8.
[o] ſine prudentia: qui [p] diſſipat Con- o Deut.
ſilia gentiliter viuentium, & [q] terri- 32. p Pſalm.
bilis eſt in Conſiliis ſuper filios ho- 32. q Pſ. 65.
minum. Cui in Trinitate perfecta,ſit
ſempiterna laus, honor, & gloria.
Amen.

Datum in Conuentu Sanſtephanenſi
Kal. Octob. 1632.

Digitized by Google

Lectoribus Beneuolis. S. S.

FVſiùs elucidantes difficultates varias in noſtro Codice, quàm noſtri prioris eſſet inſtituti; comperimus fuſiores has expoſitiones Italicis literis, ad diſtinctionem, exarandas, in nimiam molem conſurgere. Ne itaque characteribus oculis minùs gratis ſcateret dictus Codex, quas commodè potuimus huc conſultò tranſtulimus, Romaniſque literis exarandas curauimus: Difficultates varias quæ quotidie emergunt, in variis Conſiliis, hîc appoſitis, adiiciendis (ſi Deo viſum fuerit) enodaturi.

Digitized by Google

CONSILIA

ET RESPONSA

EX CODICE MINIMO HVC CONSVLTO tranſlata.

CONSILIVM I.

Cuinam ex duobus Capitulorum Generalium Statutis contradictoriis, ſit ſtandum.

NOTA 1. Capitulorum Generalium aliud, ſcilicet *primum Romanum*, Summi Pontificis authoritate ſpeciali celebratum fuiſſe: vt patet ex Bulla Iulij II. quæ incipit, *Sacer Ordo*; ſub datum Romæ apud S. Petrum 27. Martij anni 1508. Alia à Summo Pontifice fuere confirmata, tametſi non fuerint ſpecialiter (vt Capitulum primum Romanum) ſed tantùm generaliter, Summi Pontificis authoritate celebrata. Alia nequidem confirmata fuere, ab eodem Summo Pontifice: non tamen

fuerunt reprobata. Alia reprobata fuerunt ex parte : nullum reprobatum in toto. *Turonenſe* confirmatum fuit à Iulio II. per Bullam quæ incipit, *Exponi*; ſub datum Romæ 1. Decembris 1511. *Romanum II.* confirmatum fuit à Reuerend. D. Epiſcopo Terdonenſi, authoritate ſibi commiſſa : vt dicitur in eodem Capitulo n. 37. authoritate ſcilicet Illuſtriſſimi Protectoris, cuius vices gerebat in Capitulo. *Paulitanum*, confirmatum fuit à Paulo III. per Bullam quæ incipit, *Sinceræ deuotionis*; ſub datum Romæ apud S. Petrum 27. Martij 1538. Gregorius verò XIV. ad inſtantiam Religioſorum Ordinis, *Statuta* noſtra *omnia* confirmauit; quatenus ſunt in vſu, & ſacris Canonibus, Conciliíque Tridentini decretis ſunt conformia : per Bullam quæ incipit, *Ordinem veſtrum*; ſub datum Romæ in monte Quirinali 5. Iulij 1581. Denique, *Barchinonenſe III.* CASSATIS ET ANNVLATIS electionibus Generalis, Collegarum & Zeloſi in ipſo factis, in cæteris confirmatum fuit ab Vrbano VIII. per Bullam quæ incipit, *Iniuncti*; ſub datum Romæ apud S. Mariam Majorem 22. Martij 1631. Aliorum confirmationem, non reperi. Ex parte autem reprobata, ſunt *Genuenſe I.* vt patet ex præcitata Bulla Pauli III. & *Barchinonenſe III.* vt mox oſtendimus.

NOTA 2. Capituli Generalis Statutum, non ideo eſſe à ſubſequenti Capitulo Generali irreuocabile, quòd primum celebratum fuerit ſpeciali Summi Pontificis authoritate, ſecundum verò non : niſi primum ab eodem Summo Pontifice fuerit confirmatum. Hæc mihi perſuadeo contra

contra Paſſarellum in Scholiis ex Barchinonenſi n. 25. quia Concilia etiam Generalia, non ideò certam fidem faciunt quòd authoritate Summi Pontificis ſint celebrata, niſi etiam ſint confirmata ab eodem Summo Pontifice; vt probat Cajet. in Apolog. p. 2. c. 21. Turrecremata l. 3. c. 32. 33. 34. & 38. Bellarmin. l. 2. de Conciliorum authoritate c. 9. & alij. Cur ergo Statuta Capituli Generalis authoritate Apoſtolica celebrati, non tamen confirmati, certam fidem facient, & erunt irreuocabilia à ſubſequenti, maximè cùm in illo multa poſſint determinari, quæ ſubſequens Capitulum minùs bona diiudicabit? Vndè, licet in primo Capitulo Romano n. 9. ſingulæ Nationes ab inuicem fuerint ſeparatæ; nunc ex vi Statutorum multorum Capitulorum ſubſequentium, Prouinciarum ordinem aſſignantium, promiſcuè ſedent; nec eſt diſtinctio Iudæi vel Græci: vt videre eſt, verbo, *Prouincialis*. Nec dubito, Correctores Prouinciarum Diſcretos, ſeu Commiſſos præcedere debere, maximè ſi in Capitulo vocem haberent cùm ſint Prælati, quantumuis inferiores; vt diximus, verbo, *Prælatus*; curam animarum & iuriſdictionem habentes, etiam extra Capitulum; Commiſſi verò, non: & tamen in eodem Capitulo 1. Rom. n. 9. poſt Commiſſos, Correctoribus datus fuit locus & ſedes, licèt vocem haberent in eodem Capitulo, Item, in eodem etiam Capitulo & ſequentibus, vſque ad primum Bononienſe quò ad electionem Generalis; quò ad alias verò vſque ad Valentinenſe IV. vocales vota ſua dabant audientibus quatuor

Scrutatoribus : quod prædicta Capitula abrogarunt, vt diximus, verbo ; *Electio.*

Nota 3. confirmationem Capitulorum Generalium, poſſe fieri, vel ex certa ſcientia, vel in forma communi. Illa dicitur fieri ex certa ſcientia,non ſolùm in qua hæ apponuntur clauſulæ, *Ex certa ſcientia* ; vel, *De plenitudine poteſtatis* : ſed etiam in qua Summus Pontifex ſpecialiter aliqua Statuta confirmat. Quæ verò ſimul & permixtè confirmantur abſque prædictis clauſulis, in forma communi dicuntur confirmari. Confirmationes Capitulorum Turonenſis & Romani II. ſicut & confirmatio Statutorum noſtrorum à Gregorio XIV.ſunt in forma communi,vt præallegatas illorũ Bullas legenti patet. Confirmationes verò Capitulorum Paulitani & III. Barchinonenſis,quò ad illa quæ in ipſis expreſsè exprimuntur, ſunt ex certa ſcientia. v. g. *Quòd celebratio Capitulorum Prouincialium, nec anticipari,nec retardari poſſit. Quòd Generalis electus, ſtatim ſuum exerceat Officium. Quòd Officio ſuo durante non viſitetur, ſed à ſucceſſore illo exacto,*&c. Item, Statutum Bullæ confirmationis dicti Capituli III. Barchinonenſis, quo ſtatuit Summus Pontifex, *Vicarium Generalem ſiue à Sede Apoſtolica pro tempore deputatum, ſiue à Capitulo electum de cætero nullatenus poſſe eligi immediatè in Generalem : ſed tandiu debere ab Officio vacare, quandiu Vicarius Generalis extiterit.* Quò ad alia verò,huiuſmodi confirmationes ſunt in forma communi. Quia tamen de cæteris Statutis Capituli Paulitani poſſet eſſe difficultas, eò quòd fuerint confirmata cum appoſita clauſula, *Quæcunque*

per

per vos in ipſo Generali Capitulo ſtatuta, decreta, & ordinata fuerunt; quorum tenores, præſentibus pro expreſſis, ac ſpecificè deſcriptis & annotatis, haberi volumus.

NOTA 4. particulam illam, *Quæcumque*, cùm ſit vniuerſalis, regulariter diſtribui ſingulariter ſingulis, ac ſi omnia ſingulariter eſsēt ſpecificata: & includere ea, quæ ſpecialem requirerent ſpecificationem. Ita Tuſch. verbo, *Dictio*, concluſ. 351. n. 4. & 5. Item, clauſulâ, *Quorū tenores*, &c. regulariter operatur indiuiduam omnium expreſſionem cum ſuis qualitatibus; & arguit confirmationem eſſe ex certa ſcientia. Ita Theſau. Panorm. verbo, *Clauſula*, pag. 15. Farinacius tom. 1. 2. p. deciſ. Rot. deciſ. 339. n. 3. cum aliis multis, quos ſequitur & citat Peirinis, ſuper Conſt. 4. Sixti IV. n. 3. & ſuper conſtit. 4. Pauli III. n. 11. addens cum Felin. in cap. *Nonnulli*, de reſcript. n. 6. & aliis, hæc procedere, non ſolùm in diſpoſitione facta motu proprio, ſed etiam ad partis inſtantiam.

Dixi tamen, *Regulariter*; fallit enim, cùm huiuſmodi clauſula ponitur cum additamento modificante, vt fit in confirmatione Statutorum Capituli Paulitani de quibus agimus. Ibi enim dicitur; *Authoritate Apoſtolica approbamus, quæcunque per vos in ipſo Generali Capitulo ſtatuta, decreta & ordinata fuerunt; quorum tenores præſentibus pro expreſſis, ac ſpecificè deſcriptis & annotatis haberi volumus:* LICITA TAMEN ET HONESTA; & SACRIS CANONIBVS NON CONTRARIA. Quæ verba, arguunt Summum Pontificem non habuiſſe certam noti-

tiam de ſingulis Statutis in dicto Capitulo: cùm ſupponat in illo fortè aliqua reperiri, non licita & honeſta, vel Sacris Canonibus contraria. Non quòd de his ſit certus, alioquin illa reprobaret: ſed quòd non ſit certus de contrario, aliàs talis modificatio gratis apponeretur. Effectus ergo prædictarum clauſularum is ſolùm eſt, Statutis de quibus agimus maiorem quidem firmitatem dare: non illa tamen ex certa ſcientia confirmare, nec à ſubſequenti Capitulo irreuocabilia reddere. Ex quibus & ex infra dicendis concluſione 1. & 3. patet contra Peirin. ſuper Bullam confirmationis Capituli Paulitani, confirmationem Statutorum illorum eiuſdem Capituli, quæ ſimul & promiſcuè confirmantur, non eſſe ex certa ſcientia. His poſitis.

Dico 1. Statuta Capitulorum Generalium confirmata ex certa ſcientia, qualia ſunt illa de quibus fit expreſſa mentio in confirmatione Capituli Paulitani: item, Statuta qua exprimuntur ſpecialiter in Bulla R. D. Epiſcopi Terdonenſis, quæ infra referemus: item, præallatum Statutum Summi Pontificis de ſubiectione Vicariorum Generalium, quod eſt in Bulla confirmationis Capituli III. Barchinonenſis; eſſe à ſubſequentibus Capitulis irreuocabilia, abſque Summi Pontificis authoritate. Ita Syllueſter v. Abſolutio 2. n. 4. Peirin. ſuper Conſiſt. 8. Iulij II. n. 3. Roderig. tom. 1. qq. Regul. q. 68. art. 5. & alij. In quo ſenſu intelligendus eſt Paſſarellus in Notandis priuilegiorum, notab. 26. Probatur 1. quia confirmatio ex certa ſcientia, magis eſt datio, ſeu noua conceſſio, quàm

quàm confirmatio: Vndè, actum nullum reualidat. c. *Veniens*, de tranſactionibus. PROBATVR 2. quia, *Inferior in Superiorem non habet iuriſdictionem*, c. *Inferior*, diſtinct. 21. PROBATVR 3. quia ex quo Papa tali modo confirmat, videtur diſpoſitionem ſuam facere; iuxta illud, *Omnia noſtra facimus, quibus authoritatem impartimur*, c. *Si Apoſtolica*, de præbendis l. 6.

DICO 2. Statuta vnius Capituli Generalis non confirmati, reuocari poſſe ab alio ſubſequenti Capitulo Generali. PROBATVR, quia vnum Capitulum Generale non cōfirmatum authoritate Apoſtolica, non poteſt alteri Capitulo ſubſequenti ligare manus: quia, *Pars in partem non habet imperium*, c. *Innotuit*, §. *Quamuis*, de electione. Hæc concluſio habetur expreſsè in Bulla prædicti R. Epiſcopi Terdonenſis, vt infra oſtendemus.

DICO 3. Statuta Capituli primi Romani authoritate Apoſtolica celebrati, & alia confirmata à Summo Pontifice in forma communi, reuocari poſſe, & de facto validè fuiſſe reuocata in multis, à ſubſequentibus Capitulis. Ita authores citati concluſione prima.

PROBATVR *de Statutis Capituli primi Romani*, ex ſecundo notabili.

PROBATVR *de Statutis Capituli Turonenſis*, quia Iulius II. in Bulla confirmationis illius Capituli, ait; *Vt eſt & edita in Capitulo huiuſmodi, in ſequenti Capitulo infirmari, aut approbari ſeu confirmari poſſe, authoritate Apoſtolica licentiam concedimus.*

PROBATVR *de Statutis Capituli II. Romani,*

vi, iis exceptis quæ jam excepimus; ex dicendis, cùm de confirmatione Statutorum noſtrorum à Gregorio XIV.

PROBATVR *de Statutis Capituli Paulitani promiſcuè confirmatis, à Paulo III. Primò*, ex c. 1. Bonon. 11. 2. Bonon. 8. 3. Valent. 8. 1. Auenion. 15. 1. Barchin. 17. 5. Rom. 11. 6. Genu. 30. Maſſil. 42. & 3. Barchin. 65. in quibus, multa contra prædicta Statuta Capituli Paulitani ſtatuerunt Patres, iudicantes procul dubio, illa à Capitulis ſubſequentibus potuiſſe reuocari; vtpote confirmata, non ex certa ſcientia, ſed in forma communi: quod óſtendimus notabili quarto. PROBATVR 2. quia in Capitulo III. Barchinonenſi, electo in Generalem illo, qui mortuo Generali præterito, ferè per quinquennium Vicarius Generalis extiterat: factáque hac electione vi Statuti Capituli Paulitani n. 37. contra Statuta varia Capitulorum ſubſequentium non confirmatorum, nequidem in forma communi; iudicata fuit à tota Religione talis electio incredibilis: ita vt illam referentes, viſi fuerint quaſi ludentes loqui. Comperto autem talem electionem fuiſſe factam, totus Ordo manſit attonitus, & in illam exarſit indignationis zelo. Huic ſe oppoſuit, minor, ſed ſanior pars Capituli. Hanc denique CASSAVIT ET ANNVLLAVIT Summus Pontifex Vrbanus VIII. Quæ omnia arguunt, mentem Summi Pontificis, Patrum ſe opponentium prædictæ electioni totius Reliogìnis celebriorum, imò & vniuerſæ Regilionis, fuiſſe, Statuta Capituli Paulitani eſſe reuocabilia à Capitulis

pitulis ſubſequentibus, & ſolùm confirmata in forma communi: Quod etiam cenſuit talis electionis Capitulum, in præallato numero 65. ſtatueus, electionem diſcreti ſeu Commiſſi ad Capitulum Prouinciale, præcedere debere electionem Vicarij Conuentualis; directè contra Statutum Capituli Paulitani n. 25.

PROBATVR *de Statutis confirmatis à Gregorio XIV.* ex Peirino ſuper Bullam talis confirmationis: & ex ipſa Bulla, in qua conſtat hanc confirmationem eſſe in forma communi. Quæ autem eſt in forma communi, non dat nouum ius, ſed ſolùm acquiſitum conſeruat. c. *Quia intentionis*, de priuil. Ita Soares l. 8. de legib. c. 20. n. 2. & 8. *Confirmatur* ex Peirino ſuper Conſtit. 8. Iulij II. n. 3. quia, inquit, bonum per Statutum Capituli prætenſum, non aliter eſt bonum, quàm quia ad ſingulos de Capitulo ſpectat, qui ex eo, commodum ſunt percepturi: nec alio fine à Papa confirmatur. Si ergo ex illo Statuto, temporum conditione mutata, non ſolùm cõmodum percepturi non ſunt ſucceſſores, ſed damnum; non ſunt cogendi inuiti illud ſuſtinere, ſed poſſunt ab eo reſilire. *Quod* enim *ob gratiam alicuius conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum.* c. *Quod ob gratiam*, de Reg. Iur. in 6. Confirmatio autem Statuti, gratia eſt, vt patet. Addit Roderig. loco citato, quòd licet actus à Principe confirmatus in forma communi, perindè firmus cenſeatur, ac ſi fuiſſet geſtus per ipſum Principem: non tamen indè ſequitur, quòd amittat ſuam naturam primordialem; & confirmatio, tanquam quid

acceſſorium, eius naturam non ſequatur; per Reg. Iur. in 6. *Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis*. Illa enim confirmatio quantumcumque neceſſaria, ſuſtinet vicem cauſæ acceſſoriæ, & non principalis: argumento legis, *Omnium*, C. de teſtam.

PROBATVR *denique, de Statutis & actis Capituli III. Barchinonenſis, Primò* quia confirmatum fuit iſtud Capitulum quò ad prædicta, in forma maximè communi, vt legenti Bullam confirmationis illius patet. *Secundò*, quia *ſtatuta Capitulorum* (eadem eſt ratio de electionibus & ſimilibus) *debent eſſe licita & honeſta*, ex Bulla confirmationis Capituli Paulitani. Item, *debent ordinari ad decorem & quietem Ordinis, nec eſſe contra Regulam vel Correctorium*, ex Bulla R. D. Epiſcopi Terdonenſis in Capitulo II. Romano præſidentis, pro Reuerendiſſimo D. Cardinali S. Crucis Ordinis Protectore; ſuper declaratione eorum, quæ dictus R. Cardinalis in eodem Capitulo ſtatuit, ſuper acceptatione confirmationis Regulæ & Correctorij: vbi declaratur, dictum R. Cardinalem Apoſtolica authoritate prædicta ſtatuiſſe, & quòd *deinceps per ſequentia Generalia Capitula Regulæ & Correctorio nihil penitùs ſubtrahi poſſit aut emendari*. Item, quòd *Statuta Capitulorum Generalium non ſunt contra Regulam & Correctorium, firma maneant, donec ab aliquo ſequenti Capitulo Generali reuocentur*. Item, quòd *In Capitulis Generalibus & non alibi, reuocari poterunt huiuſmodi Statuta*. Denique, quòd *In ſequentibus Capitulis Generalibus, prouidè definiantur ſinguli pro tempore emergentes caſus, iuxta Regulam*

Digitized by Google

gulam & Correctorium. Ergo Summus Pontifex Confirmans acta, electiones, vel Statuta facta in Capitulo III. Barchinonenſi, non intendit confirmare id quod fuit factum contra Regulam, vltra prædictas ELECTIONES CASSATAS: electionem ſcilicet Correctoris Conuentus S. Luciæ, (de qua n. 37.) in perſona illius, qui exacto Prouincialatu, nondum triennium ſubiectionis compleuerat: directè & maniſeſtiſſimè contra Regulam n. 49. Nec valet dicere, quatrimeſtre, vt parum, reputari pro nihilo: nunc enim, quatrimeſtre; paucos poſt annos, ſemeſtre; poſtea, annus integer pro nihilo reputaretur: & ſic intolerabiles abuſus ſerperent, ſenſim Regula corrueret, laceraretur Lex quæ clarè admodum loquitur contra prædictam electionem, cuiuſque teſtimonia credibilia facta ſunt nimis.

PROBATVR *denique*, ex declaratione facta ab Illuſtriſſimo D. Proſpero Fagnano, Sacræ Regularium Congregationis Secretario: qui R. P. Petro Brian, Prouinciæ Prouencæ in hoc Capitulo III. Barchiõnenſi Commiſſo, & poſtmodùm Galliæ in Romana Curia Procuratori (à quo hæc accepi) declarauit, acta & electiones huius Capituli intantùm fuiſſe confirmata, inquantum aliundè valebant. Vndè, licèt hæc confirmatio huic Capitulo nouum robur adiiciat; dicátque aliquid ampliùs, quàm illud non fuiſſe annullatum, ratione eorum quæ contra illud fuerant obiecta: non validat tamen, quæ aliàs erant inualida. Quæ omnia manifeſtè declarant, huius Capituli confirmationem eſſe in

forma

forma communi; ideoque quæ in illo ſtatuta fuerunt, à Capitulis ſubſequentibus eſſe reuocabilia.

Ex dictis hactenus, patet reſponſio ad quæſtionem propoſitam; ſtandum ſcilicet eſſe Statutis Capitulorum poſteriorum: prioribus, tanquam antiquatis, omiſſis. Et hoc, in diſponendis Capitulorum Generalium Statutis in noſtro Codice, inuiolabiliter ſeruauimus. Meliora quippe ſunt poſteriora conſilia: reuocata verò nullius ponderis. Modò tamen ſint ex Statutis illis, quæ vel confirmata non ſunt à Summo Pontifice, vel in forma communi duntaxat confirmata comperimus; quæ poſſe reuocari à Capitulis ſubſequentibus ſuperiùs demonſtrauimus. Non autem ex confirmatis ex certa ſcientia: quæ velle reuocare ſine Summi Pontificis authoritate, vel infirmare, nefas.

Digitized by Google

CONSILIVM II.

VTRVM CAPITVLVM GENERALE vel Prouinciale, poteſtatem habeat rehabilitandi, in omnibus inhabilitatibus in Correctorio taxatis.

DVBITATVM fuit hac de re, ſaltem quò ad inhabilitates perpetuas, in c. 5. Valent. 10. & concluſum, conſulendum eſſe Sanctiſſimum. Quod an factum fuerit, non reperi. Itaque.

NOTA, inhabilitates in Correctorio taxatas, eſſe varij generis. Aliæ enim ſunt temporales, aliæ perpetuæ. *Temporales* ſunt, in quibus inhabilitatis tempus limitatur: qualis eſt taxata Seniori præeminentiam vſurpanti, de quo dicitur Cor. 74. *Sex menſibus priuetur actiua & paſſiua vocibus*: & ſimiles.

Perpetuæ ſunt in multiplici differentia. Aliæ enim ſunt perpetuæ, quia in ſtatuto habetur, *perpetuò*. Tales ſunt, taxatæ plagiario, &c. n. 7. vbi habetur, *Iure primogenituræ & capitulari voce perpetuò priuetur.* Girouaganti & habitum dimittenti, n. 20. *Actiua & paſſiua voce, ac iure primogenituræ, perpetuò priuetur.* Violatori Caſtitatis, n. 36. *A cunctis huius Ordinis Officiis & ab auditione confeſſionum perpetuò priuetur.* Se implicanti

canti ſecularibus negotiis, ſpecificatis n. 46. *Ab omni Officio perpetuò priuetur.* Correctori locali computa non reddenti, &c. n. 47. *Ab omni Officio Ordinis, perpetuò inhabilis reddatur.* Quadrageſimalis vitæ Votum violanti, n. 51. *Iure primogenituræ, perpetuò priuetur.* Vinolento, n. 55. *Capitulari voce perpetuò priuetur.* Cuilibet præeminentiam vſurpanti, n. 75. *Locum ſuum perpetuò teneat, poſt vltimum Fratrem profeſſum immediatè; iuxta ſibi conceſſum ſtatum, ordinem & gradum.* Magiſterij gradum ſuſcipienti, n. 56. *Ab omni Prælationis Officio, perpetuò priuetur.* Prælato confeſſiones reuelanti, n. 88. *Actiua & paſſiua voce, ac etiam iure primogenituræ, Prælationis ac Prædicationis Officio vltra prætaxatam pœnitentiam perpetuò priuetur.* Correctori, & Officialibus bonorum Conuentus regiſtrum non facientibus, vel Superioribus Prælatis in eorum viſitationibus non manifeſtantibus, n. 108. *A cunctis huius Ordinis perpetuò Officiis priuentur.*

Aliæ ſunt inhabilitates perpetuæ, *æquiualenti termino declaratæ.* Hæ ſunt, taxatæ Prælato, cantum cum nota introducenti, Cor. 25. *Ad omne Officium Ordinis de cætero inhabilis reddatur.* Introducenti mulieres in Conuentus, n. 39. *deinceps ad omne Officium Ordinis inhabilis reddatur.* Proprietario, n. 42. *Omni tempore priuetur iure primogenituræ,* Sacerdoti confeſſiones reuelanti, n. 88. *Toto vitæ ſuæ tempore careat actiua & paſſiua voce, ac etiam priuetur iure primogenituræ, &c.* Prælatis vota frangentibus, pecunias tangentibus vel deferentibus, &c. n. 111. *Capitulari voce de cætero priuentur.*

Omnes

Omnes prædictæ inhabilitates perpetuæ, ad duo reuocantur capita. Rehabilitatio enim ſuper aliquibus illarum, remittitur expreſsè Capitulis, non autem rehabilitatio ſuper aliis. Hæ poſteriores ſunt; taxatæ plagiariis: Prælatis introducentibus cantum cum nota: vinolentis: præeminentiam vſurpantibus: magiſterij gradum ſuſcipientibus: Prælatis, & quibuſcumque confeſſoribus, confeſſiones reuelantibus: regiſtrum bonorum non facientibus: Prælatis Vota frangentibus: quas ſupra retulimus. Reliquæ omnes, remittuntur Capitulis, vt ſuper ipſis rehabilitent; conſiderata qualitate: hoc eſt, ſi ſubſit cauſa iuſta. Alioqui, non diſpenſatio ſed diſſipatio fiet.

Inter inhabilitates perpetuas, quæ Capitulis remittuntur; Aliæ remittuntur Capitulo Generali, duntaxat. Aliæ, Capitulo Generali, vel Prouinciali. Nulla Locali. Quæ remittuntur ſoli Generali Capitulo, ſunt; taxatæ violatori Caſtitatis, proprietario. Cæteræ remittuntur Capitulo Generali, vel Prouinciali.

Sunt & aliæ inhabilitates perpetuæ in Correctorio, taxatæ ſcilicet *abſque limitatione temporis.* Hæ ſunt, taxata Prælatis violentas manus in ſubditos iniicientibus, n. 8. *Ad omne Officium Ordinis inhabiles reddantur.* Confeſſori mulierum confeſſiones audienti oſtio clauſo, vel ſocio ipſum Confeſſorem & ſibi confitentem mulierem videre non valente. n. 83. *Ipſo facto priuetur ab audiendarum confeſſionum officio.* Et talis Confeſſoris ſocio idipſum non reuelanti (ſi ſcilicet etiam Confeſſor ſit.) Ibid. *Simili pœna plectatur.*

Quæ

Quæ inhabilitates, quæ remittuntur Capitulo [illegible], quas mox examinabimus. His poſitis.

Dico 1. Capitulum Prouinciale non poſſe abſque commiſſione Capituli Generalis, diſpenſare ſuper inhabilitate quæ ſoli Capitulo Generali remittitur in Correctorio. Probatvr, quia cum Correctorium alias inhabilitates remittat ſoli Capitulo Generali, alias & Capitulo Generali & Prouinciali: patet B. Patris mentem eſſe, vt ſuper prioribus, ob delictorum grauitatem, ſolum Generale Capitulum diſpenſet.

Dixi, abſque commiſſione Capituli Generalis, cum enim, Capitulum Prouinciale diſpenſare poteſt ſuper inhabilitate remiſſa Capitulo Generali: quod cùm habeat poteſtatem ordinariam & a lege ſuper illa, cuicumque voluerit poteſt illam delegare. Ideo ſtatutum c. 5. Rom. 11. in quo habetur, Rehabilitandi poteſtatem ex quacumque cauſa, eſſe penes Capitulum Prouinciale, quod habes v. *Rehabilitatio*, intelligi debet de quacumque cauſa Capitulo etiam Generali remiſſa; & quò ad hanc de poteſtate delegata; quam innuunt hæc verba quæ leguntur in actis Capituli prædicti; *Volentes* [illegible] *Prouinciale poſſe rehabilitare*, &c.

Dico secvndò, Capitulum Generale diſpenſare ſeu rehabilitare poſſe ſuper quacumque inhabilitate perpetua, etiam expreſſè ſibi non remiſſa in Correctorio. De illis namque remiſſis, non eſt difficultas. Probatvr *de ſimpliciter inhabilitatis*; talis eſt enim taxata Prælatis

violen

Digitized by Google

violentas manus in ſubditos iniicientibus n. 8. *Ad omne Officium Ordinis inhabiles reddantur.* Et tamen immediatè ante dictum fuit; *Ab Officio deponantur, donec per Generale Capitulum rehabilitentur.* Quomodo autem poſſunt à Capitulo Generali rehabilitari & Officio reſtitui, poſtquàm ad omne Officium Ordinis inhabiles ſunt redditi; ſi Capitulum Generale non poteſt rehabilitare & diſpenſare ſuper dicta inhabilitate illimitata?

PROBATVR *de inhabilitate perpetua*, non perpetuò, ſed *æquiualenti termino declarata*: talis eſt enim impoſita Prælatis Vota frangentibus, n. 111. *Capitulari voce de cætero priuentur.* Et tamen immediatè ante dictum fuit; *Saltem per triennium, & vltrà (niſi per Generale Capitulum rehabilitentur) peracto triennio inhabiles habeantur.* Quomodo enim peracto triennio à Capitulo Generali rehabilitari poſſunt, voce Capitulari de cætero (quod æquiualet perpetuò) priuati; ſi Capitulum Generale non poteſt rehabilitare, inhabiles inhabilitate de qua agimus, etiam ſi expreſsè non ſit ipſi remiſſa; qualis eſt præallata, vt ſupra diximus.

PROBATVR *de inhabilitate perpetua*, *cui apponitur*, *perpetuò.* Talis eſt enim taxata plagiorio, ſeu manus violentas in Fratrem iniicienti, n. 7. *Iure primogenituræ & capitulari voce perpetuò priuetur:* Nulla penitùs facta remiſſione ad Capitulum Generale. Et tamen, licet ſtatim ſubdatur num. 8. ſimiliter puniendos eſſe Prælatos pro ſimilibus percuſſionibus, ipſorum rehabilitatio ad Officia à quibus pro dictis per-

cuſſionibus ſunt deponendi, expreſsè remittitur Capitulo Generali, & conſequenter rehabilitatio ad omne Officium, modo ſuprà explicato. Ergo & rehabilitatio ſubditi Fratrem percutientis, licet perpetuò inhabilitetur. Aliàs grauiùs puniretur ſubditus, quàm Prælatus ſimiliter delinquens; cùm tamen fortioribus fortior inſtet cruciatio; & potentes potenter tormenta debeāt ſuſtinere. Vndè in Correctorio grauiores pœnæ taxantur ferè ſemper Prælatis quàm ſubditis ſimiliter delinquentibus, vt videre eſt ſpecialiter n. 25. 40. 51. & alibi ſæpè.

Præterea, Correctoris Localis aliquod quatuor Votorum violantis inhabilitas, eſt perpetua, n. 111. *Capitulari voce perpetuò priuetur.* Et tamen à Capitulo Generali, cui non remittitur hæc inhabilitas, rehabilitari poteſt; cùm ab eadem rehabilitari poſſint Superiores Prælati ab eodem Capitulo, vt ſupra oſtendimus: alioqui Correctores Locales acrius punirentur, quod nemo dicat.

Denique, grauiùs punienda ſunt grauiora delicta; vt pro menſura peccati, ſit & plagarum modus. At ſi perpetuæ inhabilitates, quæ expreſsè Capitulo Generali non remittuntur, relaxari non poſſent à Capitulo Generali, leuiora delicta grauiùs punirentut grauioribus. Ergo. PROBATVR minor, quia vſurpatio præeminentiæ, & gradus Magiſterij ſuſceptio, in ſubdito; omni ex parte ſunt delicta leuiora Votorum infractionibus, in perſonis Prælatorum. At Capitula Generalia poſſunt rehabilitare Prælatos, inhabilitatos ob alicuius quatuor Votorum

infra

infractionem, vt ſupra diximus, ergo vel grauiùs puniuntur delicta leuiora, vel Capitula Generalia poſſunt rehabilitare inhabilitatos ob vſurpationem præeminentiæ, vel gradus Magiſterij ſuſceptionem, etiam ſi talis rehabilitatio ſit perpetua, & nulla fiat mentio in Correctorio de remiſſione illius ad Capitulum Generale: vt patet ex numeris 56. 75. & 111.

DICO 3. ne Capitulum quidem Generale, rehabilitare & diſpenſare poſſe ſuper inhabilitate *temporali*, ſibi non remiſſa. PROBATVR euidenter ex eodem numero 111. vbi dicitur de Prælatis Vota frangentibus; *Saltem per triennium, & vltra (niſi per Generale Capitulum rehabilitentur) peracto triennio inhabiles habeantur.* Ex quibus patet, temporalem triennij inhabilitatis relaxationem, denegari Generali Capitulo: cùm relaxatio vlterioris ipſi remittatur; exceptio enim firmat regulam in contrarium. Eſt autem eadem ratio de aliis inhabilitatibus, ſuſpenſionibus, imò & pœnitentiis, temporalibus, Generali Capitulo non remiſſis. Et ſicut eſt rationi valdè conſonum, vt tandem miſericorditer agatur erga perpetuò inhabilitatos, commiſſione ſuper hoc data Generali Capitulo, ſi tamen reſipiſcant, & illorum boni mores hoc exigant: ſic eſt æquiſſimum, vt pœna temporalis, in Correctorio taxata, ne Capitulo quidem Generali remiſſa, ſed à B. Patre ſeriò ſuper delicto puniendo cogitante, æqua lance impoſita, exactè, citrà diſpenſationem adimpleatur. Quod de homicida etiam, perpetuis carceribus indiſpenſabiliter mancipato n. 12. nullatenus eſt ambigendum.

Digitized by Google

Obiicies Cor. 105. dicitur, Prælatos habere plenariam iuriſdictionem ſuper cunctis pœnitentiis, tam in Correctorio taxatis quàm non taxatis; tam illas imponendi, quàm ab eis (de Sociorum conſilio) delinquentes liberandi; ac pœnitentias ipſas augendi & minuendi.

Respondeo, hoc non poſſe intelligi de prædicta pœnitentia indiſpenſabili, n. 12. nec de taxatis Votorum infractionibus, cùm expreſsè dicatur n. 107. *Caueant Prælati; ne aliquando ſuper alicuius quatuor Votorum fractione, quemquam remiſſe puniant vel citiùs quàm in Correctorio decernitur, aliquem de carceribus liberent.* Nec de inhabilitatibus in Correctorio taxatis & à Prælato delinquentibus impoſitis, cùm vt plurimùm, illarum relaxatio remittatur Capitulo Generali vel Prouinciali, ſicut & aliæ pœnitentiæ non paucæ; non autem Prælatis Ordinis. Reſtat ergo vt ſtatutum Cor. 105. præallatum, intelligatur de pœnitentiis imponendis (excepta illa indiſpenſabili, & etiam Votorum pœnis) non autem de graui temporali iam impoſita.

Ex dictis Collige 1. quòd cùm dicitur in ſtatuto Capituli 5. Rom. 11. Rehabilitandi poteſtatem ex quacumque cauſa, dari Capitulo Prouinciali: intelligendum eſt, de quacumque cauſa in qua Capitulum Generale rehabilitare poteſt. Idem etiam dicendum, de poteſtate quæ datur Generalibus.

Collige 2. rehabilitationes ſeriò faciendas eſſe, & cauſa cognita; vt ibi monet Tridentinum. Aliàs, fient in deſtructionem & non in ædificationem;

tionem & concluſæ præcipitanter, & in fauorem indignorum; ſic rehabilitatos, in varios defectus præcipitabunt.

CONSILIVM III.

VNDE PETENDA SIT PROuinciarum primogenitura.

IN Capitulo 1. Barch. 25. ſtatutum fuit, antiquitatem ſeu primogenituram Prouinciæ, metiri debere ex illius conſtitutione: in Capitulo tamen 5. Genuenſi ſequenti n. 23. videtur ſtatutum, Prouinciæ Primogenituram petendam eſſe ex Conuentuum illius antiquitate: ita vt illa cenſeatur antiquior, cuius Conuentus erunt antiquiores. Ibi enim, *quærenti P. Commiſſo Lugdunenſi, ablatam fuiſſe ſuæ Prouinciæ primogenituram, in præcedenti Capitulo, ſcilicet Barchi. 1. n. 25. & datam fuiſſe Prouinciæ Aquitaniæ, petentique illam, vt de iure, reſtitui; ita quòd Prouincia Lugdunenſis obtineat locum Prouinciæ Aquitaniæ, & econtra. Reclamante verò ab illa petitione R. P. Prouinciali Aquitaniæ, propter præcedens decretum Capituli 1. Barch. 25. Volentes Patres reddere vnicuique quod ſuum eſt, decreuerunt: quòd in ſequenti Capitulo Generali, vtraque Prouincia teneantur ſecum ferre authenticas ſcripturas, & titulos ſui iuris, circa earum antiquitatem: & cuius Prouinciæ anti-*

quiores erunt Conuentus, probatis probandis in dicto Capitulo futuro, obtinebit locum primogenituræ.

Maxima ergo difficultas eſt, vtrum ſtandum ſit huic decreto poſteriori, quod Prouinciæ antiquitatem petit ab antiquitate Conuentuum illius: an verò priori, quod illam deſumit ab illius conſtitutione.

Sanè, ſi aſſignationem primogenituræ Prouinciarum, factam, vel ſaltem indicatam, in Capitulo 1. Rom. 11. perpendamus: Prouincia Genuæ quæ immediatè ponitur poſt Romanam Ordinis primam, præferri videtur Turonenſi & Franciæ: quæ tamen, ante obitum B. P. in Prouincias erectæ fuere, vt patet ex c. 1. Rom. 4. in Liſta Fratrum Galliæ: cùm Prouincia Genuæ in eodem capit. n. 10. diuiſa fuerit ab illa, quæ tunc Italiæ dicebatur; & poſt diuiſionem Romana. Hoc tamen ideo factum credo, non quod prælata fuerit Prouincia Genuenſis Turonenſi, ſed quia Reuerendiſſ. Capituli præſes bonum duxit, vt in illo Capitulo Patres Itali primò votarent omnes, poſtea omnes Galli & ſic de aliis, vt legenti patet. Nec te noueat quòd in eodem n. 11. Prouincia Franciæ, Prouinciæ Turoniæ præferatur: eſt enim procul-dubio mendum ſcribæ vel Typographi, cùm n. 10. immediatè præcedenti dicatur expreſsè, *Prouincia Turoniæ inter omnes Gallicas Prouincias ſemper ſit prima, ob reuerentiam boni Patris, qui in ea diutiùs verſatus eſt.*

Si verò attendamus aſſignationes primogenituræ Prouinciarum factas in c. 2. Rom. 1. c. 3. Rom. 2. c. 1. Genu. 2. & c. Paulit. 15. videbimus Prouinciam quæ in c. 1. Rom. 17. Roma-

na, in c. 2. Rom. 1. & 3. Rom. 2. Neapolis, in c. 1. Genu. 2. & Paulit. 15. Siciliæ dicitur (eò quòd tunc temporis conuentus Romæ viciniores, regnum Neapolitanum & Siciliam comprehenderet, vt dicitur in c. 1. Rom. 17. Prouinciis Franciæ, Aquitaniæ, Hiſpaniæ & Germaniæ præferri: tribus etiam poſterioribus præferri Prouinciam Genuenſem. Cùm tamen Prouinciæ illæ omnes, erectæ fuerint ante obitum B. Patris, vt patet ex c. 1. Rom. 4. in Liſta Fratrum: Prouinciæ vero Siciliæ & Genuenſis, erectæ ſolùm fuerint in c. 1. Rom. Item, erectio Prouinciæ Genuenſis, antiquior eſt erectione Prouinciæ Siciliæ: illa enim erecta fuit in c. 1. Rom. 10. iſta verò in eodem c. 17. remanente illius primogenitura iuxta ſtatutum c. 1. Rom. 10. in Prouincia Calabriæ quæ ibi Apuliæ dicitur, quia Calabriam & Apuliam continebat, à qua fuit tunc ſeparata. Ex quibus patet, in prædictis aſſignationibus Patres non ſemper attendiſſe Prouinciarum erectionem. Non etiam attenderunt ſemper Conuentuum antiquitates. Patet enim ex Serie Conuentuum, Conuentum Milaytanum & alios Prouinciæ Siciliæ, quæ poſtponitur Turonenſi, antiquiores eſſe omnibus Conuentibus Prouinciæ Turonenſis; cùm Conuentus Milaytanus acceptatus fuerit anno 1464. Turonenſis verò I. anno 1482. Item, Prouincia Neapolitana, in Capitulo Paulittano 15. diuiſa à Prouincia Calabriæ, poſtponitur Prouinciis Franciæ, Genuæ & Aquitaniæ: Licet I. Conuentus Neapolitanus acceptatus fuerit circa annum 1478. ideoque ante omnes Conuentus

prædictarum Prouinciarum.

6. In Capitulo tamen 4. Valent. 12. (vbi n. 11. Prouincia Lugdunenſis diuiditur à Prouincia Aquitaniæ) huic, quæ ad majorem expreſſionem Tholoſana etiam dicitur, expreſsè nouiſſimus Prouinciarum aſſignatur locus, eíque præfertur Lugdunenſis ob hanc profectò cauſam, quòd Conuentus Gratianopolitanus primus Prouinciæ Lugdunenſis, antiquior ſit Tholoſano, vt patet ex Conuentuum Serie. Verùm, non æqua lance ius cuique reddiderunt Patres Capituli 4. Valentinenſis, alioqui celeberrimi, quod mirari non ſatis poſſum. Si enim attenderunt Prouinciarum erectionem, Sole clarius eſt, erectionem Prouinciæ Aquitaniæ antiquiorem eſſe erectione Prouinciæ Lugdunenſis; cùm de hac, ante c. 4. Valent. ne mentio quidem vſquam ſit facta, illa verò ſit à diebus B. P. Franciſci. Si verò dicti Patres attenderunt Conuentuum antiquitatem, cur in eodem n. 12. penultimum locum aſſignarunt Prouinciæ Superioris Calabriæ, illam poſtponentes Prouinciis Turoniæ, Meſſanæ, Franciæ, Genuæ, Lugdunenſi, Hiſpaniæ, Germaniæ, Neapolitanæ, Apuliæ, & Caſtellæ; cùm liquidò conſtet ex prædicta Conuentuum Serie, Conuentuum Cotronienſem, Prouinciæ Superioris Calabriæ omnium primum, acceptatum fuiſſe anno 1460. ideoque eſſe antiquiorem omnibus Conuentibus earundem Prouinciarum, vt videre eſt in eadem Serie? Interim prædicta aſſignatio primogenituræ Prouinciarum, facta in c. 4. Valent. 12. ſeminarium fuit multarum quærela-

rum,

rum, licèt ad illas impediendas factum fuiſſe dicatur ibidem. Neque enim reperi, Prouincialem Tholoſanum, Lugdunenſi ceſſiſſe: ſed potiùs in Capitulo I. Barchionenſi ſequenti n. 25. declaratum fuiſſe, antiquitatem Prouinciarum ex illarum conſtitutione debere metiri: & conſequenter, ſextum locum inter Prouincias ibidem Aquitaniæ aſſignatum, Lugdunenſi verò duodecimum.

Certè, à Capitulo Paulitano ad vltimum Barchinonenſe, ſtatutum Capituli 1. Barchin. n. 25. obſeruatum fuit, etiam ante quàm ederetur: & antiquitas Prouinciarum ab erectione menſurata, præter quàm in Capitulo 4. Valent. 12. dum Aquitaniæ Prouincia, Lugdunenſi fuit poſtpoſita: quod, vt diximus, locum non habuit, & in ſubſequenti Capitulo fuit reuocatum. Licet autem Commiſſus Lugdunenſis à tali ſtatuto reclamauerit in immediatè ſequēti c. 5. Gen. 23. remiſſa tamen fuit huius difficultatis deciſio, vſque ad Capitulum ſubſequens, quod fuit 5. Rom. in quo non fuit enodata, ob abſentiam R. P. Prouincialis Aquitaniæ, vt patet n. 12. ſed ſecundò ibidem remiſſa vſque ad ſubſequens Capitulum, quod fuit 5. Valentinenſe, in quo de illa nulla prorſus ſit mentio: ſed ſolùm reperi, huic Capitulo ſubſcripſiſſe R. P. Ioannem Segnoret Pronincialem Aquitaniæ, ante R. P. Ioannem Coſſānum Prouincialem Lugdunenſem, nec deinceps agitata fuit hæc quæſtio in Capitulis Generalibus. Vndè, prædictæ omnes remiſſiones, ſicut & præallatum decretum c. 5. Genuenſ. 23. quo videtur ſtatui,

petendam eſſe Prouinciarum antiquitatem ab antiquitate Conuentuum illarum, videntur potiùs fuiſſe facta à Patribus prædictorum Capitulorum, ad ſe eximendum à querelis Prouinciæ Lugdunenſis, quàm ad aliquid concludendum in illius fauorem. Sic in Capitulo vltimo Barchi. n. 33. *Exponente Commiſſo Lotharingiæ, in ſuperiore Capitulo Generali ablatam fuiſſe ſuæ Prouinciæ primogenituram, petentéque illam ſibi reſtitui. Contradicente verò Prouinciali Flandriæ, Nihil ſuper his fuit concluſum, ſed remanentibus ſingulis in ſua poſſeſſione, parti læſæ permiſſus fuit liber recurſus ad Superiores maiores.* Quod eſt, honorificè Lotharingiam Flandriæ poſtponere: & tacitè concludere, Prouinciam illam eſſe antiquiorem, cuius erectio eſt antiquior. Itaque

D i c o Prouinciarum primogenituram petendam eſſe ab illarum erectione. Probatvr ex prædictis, & ita concludit, non ſolùm c. 1. Barchi. n. 25. in ſtatuto præallato, ſed etiam c. 6. Rom. 16. quod, in ordine ſeruando in ſeſſione Prouincialium, quem ſupra attulimus; licèt in ſeptem primis Prouinciis ſtet diſpoſitioni antiquorum Capitulorum, in reliquis tamen quæ à Capitulo Paulitano fuerunt diuiſæ vel erectæ, ſtat antiquitati diuiſionis vel erectionis: illas priores collocans, quarum diuiſio vel erectio eſt antiquior; licet poſteriores, Conuentus antiquiores habeant. Patet in Prouincia Panormitana, cui decimus octauus aſſignatur locus, Cùm Conuentus I. Panormitanus acceptatus fuerit anno 1518. ideoque ante Conuentus omnes Prouinciæ Valentinenſis, & aliarum omnium

ſubſe

Digitized by Google

ſubſequentium quæ ipſi præferuntur, excepta Prouincia Campaniæ, vt videre eſt in eadem Conuentuum Serie.

Ita etiam concludit Paſſarellus in Scholiis ex c. Barch. 25. editis, etiam poſt c. 5. Genuenſe, vbi ait: *Aduertendum quòd in omni futura diuiſione Prouinciarum, reſpectu eiuſdem Prouinciæ, quò ad ſe, illa iudicatur antiquior, quæ antiquiores habet Conuentus. Sed reſpectu aliarum, illa debet iudicari antiquior, quæ primò fuit ordinata, & promota in Prouinciam: quia ſecundùm Canones* c. 1. de major. & obe. *inter æquales eiuſdem Ordinis, ille prefertur qui primò fuit ordinatus.* Eſt autem validiſſimum argumentum in hac materia, à Paſſarello, qui non ſolùm interfuit prædictis Capitulis, 4. Valentinenſi, in quo Prouincia Lugdunenſis prælata fuit Aquitaniæ; & 5. Genuenſi, in quo videtur ſtatui ab antiquitate Conuentuum petendam eſſe primogenituram Prouinciarum: ſed inſuper, in primo omnium celeberrimo, in meritiſſimum Generalem fuit electus; in Capituli verò Scribam, in ſecundo; vt patet n. 2. & ex Patrum ſubſcriptione. Vndè non dubito, ipſius ſententiam in iiſdem Capitulis præponderaſſe, illíque cæteros Capitulantes adhæſiſſe; tum propter electiones prædictas; tum propter tanti viri doctrinam ſingularem; tum quia, in ſecundo n. 3. delectus fuit vnus ex ſex Patribus, quibus demandata fuit cura difficultates in Capitulo proponendas examinandi, antequàm ſuper illis aliquid à Capitulo ſtatueretur. Verùm, re maturius conſiderata, in præcitatis Scholiis, ſententiam procul-dubio muta

Digitized by Google

mutauit, vt patet. Licèt enim vtrumque ſtatutum conciliare nitatur, dicens; Prouinciam eſſe antiquiorem quò ad ſe, quæ Conuentus habet antiquiores: ſed reſpectu aliarum, quæ primò fuit in Prouinciam promota. Hoc tamen gratis dicitur, ad ſaluandas concluſiones prædictorum Capitulorum in quibus ipſe primas partes egit. Quomodo enim Prouincia prior erit quòd ad ſe, quæ quò ad alias eſt poſterior, cùm non poſſit eſſe ſeipſa prior: nec prior vllo modo, niſi reſpectu alterius poſterioris? Sufficiat nobis, Paſſarellum concludere, antiquiorem eſſe Prouinciam in ordine ad alias, quæ primò fuit in Prouinciam promota, licèt non habeat Conuentus antiquiores.

Ita etiam ego concludo, tum propter dicta hactenus; tum quia aliàs, ordo Prouinciarum qui nunc eſt, abſque controuerſia ab vniuerſa Religione acceptatus & approbatus (reclamante ſola Prouincia Lotharingiæ) eſſet omninò ferè peruertendus. Cùm tamen, Capitulorum Generalium etiam poſteriorum ſtatutis, antiquitate, poſſeſſione, ſacris Canonibus, & ratione nittatur: vt patet ex prædictis. Prouinciarum ſiquidem Series talis reperiretur, ſi tamen ſtandũ eſſet Conuentuum acceptationibus quæ ſunt in Capitulis Generalibus, & aliquibus quas iiſdem Capitulis deficientibus à Montoya mutuaui in Serie Conuentuum.

Prouin

Prouinciarum tituli.	*Conuentus illarum, primi.*	*Illorũ acceptationis annus.*
1 S. Franciſci de P.	Paulitanus.	1435.
2 Calabrię Superi.	Cotronienſis.	1460.
3 Siciliæ.	Milaytanus.	1464.
4 Neapolitana.	1. Neapolitanus.	1478.
5 Turoniæ.	1. Turonenſis.	1482.
6 Granatenſis.	Malachitanus.	1492.
7 Franciæ.	1. Pariſienſis.	1493.
8 Genuenſis.	1. Genuenſis.	1494.
9 Campaniæ.	Bracancurienſis.	1496.
10 Lugdunenſis.	Gratianopolitan⁹.	1496.
11 Aquitaniæ.	Tholoſanus.	1503.
12 Hiſpanienſis.	Portus S. Mariæ.	1504.
13 Germaniæ.	Theinnouicht.	1505.
14 Panormitana.	1. Panormitanus.	1518.
15 Apuliæ.	Aletinus.	1524.
16 Caſtellæ.	Toletanus.	1525.
17 Lombardiæ.	Bononienſis.	1529.
18 Valentinenſis.	Valentinenſis.	1533.
19 Mediolanenſis.	Mediolanenſis.	1547.
20 Prouencæ.	Aquenſis.	1556.
21 Cathaloniæ.	1. Barchinonẽſis.	1570.
22 Etruriæ.	Inſulæ Matthanæ.	1574.
23 Aragonenſis.	Cæſarauguſtanus.	1578.
24 Maioricenſis.	Sodalitatis.	1584.
25 Venetiarum.	Venetus.	1587.
26 Lotharingiæ.	Serrenſis.	1593.
27 Lauretana.	Anconitanus.	1594.
28 Ducatus Burgũd.	Cabilonenſis.	1596.
29 Comit. Burgund.	Ornaçenſis.	1611.
30 Flandro-Belgica.	Antuerpienſis.	1617.

Digitized by Google

At quæſo, qui Prouinciarum Primogenituram ad hunc ordinem vellet reducere, an non totam Religionem euerteret & conturbaret? Cæterùm, licèt inter Chriſti diſcipulos debeat eſſe nulla de maioritate vel præeminentia contentio: decet tamen ordinatam eſſe hanc Ecclesiæ Chriſti caſtrorum aciem, ad euitandam confuſionem: Maximè cùm & ordinem primogenituræ ſuis Religioſis præſcripſerit B. P. Franciſcus de Paula, humilitatis inſigne. Cor. 18. 30. 84. 85. Ideo materiam hanc ex profeſſo tractare cogitaui, ad confuſionum & prætenſionum ſemina, quæ deinceps in Capitulis Generalibus pullulare poſſent, penitùs extirpanda.

Hoc vt efficaciùs fiat, diſſoluendæ ſunt *tres difficultates*, quarum prima, Prouencæ; altera, Valentinenſem; tertia, Caſtellæ, Apuliæ, & Cathaloniæ Prouincias reſpicit. *Quæri nanque poſſet*; cùm Prouincia Prouencæ diuiſa fuerit à Prouincia Aquitaniæ in c. Paulit. 14. eíque aſſignatus locus decimus. ibid. 15. cur aſſignatur ei locus dicimus-ſeptimus? *Item*, Cùm Prouinciæ Valentinenſi expreſsè datus ſit titulus Prouinciæ Aragoniæ. c. 4. Genu. 24. Cur facta Prouinciæ huius diuiſione, Valentinenſis obtinens decimum quartum locum, Aragoniæ ad vigeſimum quintum vſque ablegatæ præfertur. *Denique*, cùm Prouincia Cathaloniæ, poſt diuiſionem illius factam à Valentinenſi in c. 1. Barch. 24. eidem reunita fuerit in c. 5. Valent. 25. & ſolùm denuò diuiſa poſt annum 1611. vt patet ex c. Maſſil. 47. vbi eius noua diuiſio remittitur Reuerendiſſimo & ipſius

Colle

Collegis : cur in ſede decima quinta collocatur, prælata cæteris quæ diuiſæ fuerunt ab anno 1581. excluſiuè, ad 1611. Idem dicendum de Prouincia Apuliæ, diuiſa à Prouincia Calabriæ in c. Paulit. 14. vnita poſtea Neapolitanæ in c. 2. Valent. 9. tandem ſeparata, in c. 2. Genu. 7. Vndè poſtponenda videtur Prouinciæ Caſtellæ, ſeparatæ à Granatenſi in c. Paulitano. 14. vt patet v. *Prouinciarum erectiones & diuiſiones.*

Ad primam respondeo, Prouinciam Prouencæ in honore priori non ſtetiſſe. Poſt dictam enim diuiſionem reunita fuit Prouinciæ Aquitaniæ. c. 1. Bonon. 32. tandémque à Lugdunenſi ſeparata. c. 6. Genu. 11. vndè ab antiqua dignitate defecit: nouiſſimæque diuiſionis priuilegio ſolùm gaudet. Adde, quòd non ſunt in ea Gratianopolitanus & Foroiulienſis Conuentus, quibus ſolùm conſtabat in prima diuiſione. c. Paulit. 14. remanſit quippe prior in Prouincia Lugdunenſi, poſteriori dimiſſo.

Ad secvndam respondeo, in diuiſione Prouinciæ Aragonenſis in Valentinenſem & Aragonenſem, facta in c. 6. Genu. 7. poſteriori, Aragonenſis nomen, antea vtriuſque commune, relictum fuiſſe, ſicut & vtriuſque Prouincialem; quia in Regno Aragoniæ ſita erat: priori verò inditum fuiſſe nomen Valentinenſis, vt in Regno Valentinenſi ſitæ. Non ideo tamen ſic ablata priori denominatione, quæ eſt merè extrinſeca, nihil ponens in re, cenſeri debet ablata primogenitura: ſicut Prouincia Siciliæ non fuit poſtpoſita ei quæ nunc eſt Neapolitana; licet dicta ſit Neapolitana in c. 2. Rom.

Rom. 1. priuſquam Siciliæ vocaretur, in c. 1. Genu. 2. & Paulitano 15. Neque enim ita hærendum denominationi, quin magis hæreamus rei denominatæ. Itaque, Prouincia Valentinenſis licet denominatione poſterior, re tamen prior eſt Aragonenſi, idque ſecundùm ſe totam: omnes enim Conuentus illius qui ſuæ erectionis tempore extabant, ſunt antiquiores omnibus Conuentibus Prouinciæ Aragonenſis quæ nunc eſt, vt patet ex Serie Conuentuum: vnde debetur illi procul-dubio ius primogenituræ. Nec obſtat quòd v. g. Prouincia Lugdunenſis quæ quondam Aquitaniæ dicebatur, nunc poſtponatur Aquitaniæ, licet antiquiorem Conuentum habeat: quia Prouincia Aquitaniæ, ſecundùm ſe totam in ſtatu in quo erat tempore ſuæ erectionis, non remanſit in Lugdunenſi; ſicut, vt ſupra diximus, Prouincia quæ quondam Aragoniæ dicebatur, conſiderata in ſtatu in quo erat tempore ſuæ erectionis, tota remanſit in Prouincia Valentinenſi: quæ propterea præferri debet. Non ideo tamen Aragonenſis amandanda eſt ad calcem Prouinciarum. Nec video cur in c. 6. Rom. 16. vigeſimus quintus locus duntaxat ei ſit aſſignatus, cùm diuiſa fuerit & in Prouinciam promota, in c. 6. Genuenſi. 7. vt patet v. *Prouinc. erectio. & diuiſ.* Ideo, ſi à conſtitutione Prouinciarum petenda eſt antiquitas & primogenitura, decimus ſextus ei debetur locus, immediatè poſt Prouinciam Tuſciæ (ſuppoſitis iis quæ mox dicemus de Prouincia Cataloniæ) ſi nihil aliud obſtet; quæ ex prædicto titulo euidentiùs patent. Confirmatur, quia etiam ſi

ab

Digitized by Google

ab antiquitate Conuentuum metiri deberet Primogenitura Prouinciarum; præferenda ſaltem eſſet hæc Aragonenſis Prouincia, Prouinciis Maioricenſi, Marchiæ & Abrutiæ, ex quibus coaleſcit Lauretana, quibus tamen poſtponitur, in eodem c. 6. Romano 16. Conuentus enim Cæſarauguſtanus, primus Prouinciæ Aragoniæ, acceptatus fuit anno 1578. Sodalitatis, primus Maioricenſis, anno 1584. Anconitanus, antiquior Lauretanæ, anno 1594. vt patet ex Conuentuum Serie, & ex Montoya l. 3. Chron.

Ad tertiam difficultatem respondeo, me nihil omnino reperire quod mouere potuerit Patres c. 6. Rom. ad aſſignandum decimum quintum locum Prouinciæ Cathaloniæ. Si enim attendamus ad Conuentuum antiquitatem, vigeſimus primus ei ſolùm debetur locus, vt patet ex diſpoſitione Prouinciarum ſecundùm Conuentuum antiquitatem, quam ſupra ordinauimus. Si verò Prouinciarum Primogenituram, ab illarum diuiſione ſeu conſtitutione petamus, eſt ordine vigeſima tertia duntaxat, immediatè poſt Maioricenſem, vt pote cuius conſtitutio, eſt ſolùm ab anno 1611. in c. Maſſil. 47. Nec obſtat quòd diuiſa fuerit, & in Prouinciam erecta in c, 1. Barchin. 24. per reunionem quippè ſubſequentem cum Prouincia Valentinenſi, factam in c. 5. Valent. 25. antiquæ Primogenituræ ius amiſit. Idem, dicendum de Prouincia Apuliæ, reſpectu Prouinciæ Caſtellæ: huic enim deberi ius primogenituræ, hæc eadem ratio concludit. Alioquin,

Digitized by Google

Prouincia Prouencæ, Prouinciarum eſſet ordine decima, vt patet ex prædictis: & Hiſpalenſis decima quinta, immediatè poſt Valentinenſem; cùm fuerit diuiſa à Granatenſi, in c. 1. Barch. 24. Quia tamen eidem fuit reunita, & tandem ab ea ſecundò diuiſa in c. 2. Auen. 5. primogenitura petita ab hac vltima diuiſione præcisè gaudet; licet Conuentus eius primus, ſcilicet Portus S. Mariæ, ſit ab anno 1504. ideoque talis Prouinciæ, etiam in prima diuiſione. Cur ergo ex quatuor Prouinciis, poſt diuiſionem reunitis Prouinciis à quibus fuerant diuiſæ, & tandem ab iiſdem denuò ſeparatis, Prouincia Apuliæ & Prouincia Cataloniæ à prima diuiſione petent antiquitatem, & cæteræ à poſteriori?

Atque hactenus dicta de Prouinciarum Primogenitura, ſine liuore aliquo, ſed iuſtitiæ & veritati ſatisfaciendi cauſa, bonum duximus hîc apponere: abſque præiudicio iuris particularis partium, quod Capitula Generalia reticuere. Quod nouimus, attulimus: ignota nobis, nequaquam reprobamus.

CONSILIVM IV.

AN LICEAT MINIMIS SE purgare Paſchales cibos manducando, ad futuras præcauendas infirmitates.

HOc expreſsè prohibitur in Capitulo 1. Barchionenſi 19. vt retulimus v. *Quadrageſima*

geſimalis vita. p. 23. Sanè Sanctiſſimum & rationi maximè conſonum ſtatutum, conforme iis quæ cum D. Bernardo diximus, v. *Infirmi*, pag. 267. *Delicata nimis medicina eſt, priùs alligari quàm vulnerari: membrum non percuſſum plangere*, &c. Vndè miror Peirinũ de Subdito q.4.c.3. abſolutè concludere (licet poſtea ſe explicet) poſſe Minimos, ad infirmitates præcauendas, ſe purgare & carnes comedere: miror illum in tali ſenſu præcedens ſtatutum ſumere, vt dicat, illud eſſe cõtra benignitatẽ Regulæ; nunquã fuiſſe à Religione acceptatum; & ſi aliquãdo acceptatũ fuit, eſſe per contrariam conſuetudinem abrogatum. Pro fundamento, ſupponit ex Galeno l. de arte parua, corpus humanum vel eſſe ſimpliciter ſanum, vel ſimpliciter ægrum, vel neutrum: affirmat clarum eſſe, vt reuera eſt, ſimpliciter ſanum, non poſſe apud nos veſci cibis Paſchalibus; poſſe verò, ſimpliciter ægrùm. Poſteà concludit, iiſdem veſci poſſe corpus neutrum; quod illud eſſe dicit, quod neque omnino perfectas, neque omnino imperfectas agit operationes naturales, ex Galeno in l. Methodi medendi. affirmans tandem, tale corpus non ſolùm debere appellari potiùs infirmum quàm ſanum, ſed eſſe omnino infirmum, cùm à ſtatu ſalutis recedat, cúmque bonum ſit ex integra cauſa, malum ex quocumque defectu.

At, ſi tale corpus neutrum eſt omnino infirmum, ſtatutum præcedens nullatenus prohibet illi cibos Paſchales manducare, & ſic maiores infirmitates præcauere, ne ſerò nimis paretur medicina: clarè quippe ſe ſatis explicat hanc ra-

tionem ſubdens; *Cùm iure noſtro caueatur, non niſi tempore infirmitatis, cibis Paſchalibus veſci*, &c. innuens ſe loqui de illo, qui vellet ſe purgare, & Paſchalibus cibis, veſci, ad futuras præcauendas infirmitates, quantumuis ſanus eſſet, & extra tempus infirmitatis: in quo ſenſu euidentiſſimo, ſtatutum iſtud non poteſt dici eſſe contra benignitatem Regulæ, nec nunquam acceptatum, nec derogatum per conſuetudinem contrariam. Sed vt idem Peirinis ibidem innuit in 3. reſponſione ad 1. emanatum à Patribus. Quadrageſimalis vitæ Votum zelantibus, ad præcauendas infirmitates ſpirituales & abuſus, ne potiùs gula carnium, quàm neceſſitate ſanitatis ſubornarentur Medici, vel grauedines fingerentur, ad hoc vt ſani prætextu purgationis, ad futuras præcauendas infirmitates veſcerentur Paſchalibus. Vndè & ſanctiſſimum iudicari debet, & in maxima obſeruantia prædicari, vt eſt.

Verùm, vt prærequiſitam cognoſcamus infirmitatem, qua poſita de Medici conſilio licebit nobis carnes manducare, & nos purgare, ad periculoſiores ſeu grauiores præcauendas, examinemus SENTENTIÆ PEIRINIS FVNDAMENTVM; Dicamúſque, eundem Galenũ l. de morborum differentiis ſic ſcribere. *In corporibus animantium, magis & minùs eſt: vt aliud ſummè boni habitus ſit, aliud ſimpliciter boni, non tamen ſummè boni habitus. Et quoddam quamuis ſanum, non tamen boni habitus. Aliud quoddam parum firma valetudine præditum. Quoddam verò ægrotans. Et huius quidem ægrotatio interim leuis, interim*

terim pernicioſa : & hac ipſa quandoque mediocriter, nonnunquam vehementer. Ex quibus colligo, cuiuſlibet hominis corpus, vel eſſe ſimpliciter ſanum, vel ſimpliciter infirmum, licèt & ſanitatis & infirmitatis varij ſint gradus. Idem ſentit Ariſtoteles apud Ferenel. l. 1. de de morborum cauſis c. 5. *Ariſtoteles,* inquit Fernelius, *ſanum ex integritate actionum, ægrum ex quauis offenſione dimenſus, nihil inter hæc medium conſtituit, ſed priuantia fecit, perinde atque videns & cæcus.* Concordat his Peirinis, affirmans vbi ſupra, corpus neutrum, eſſe omnino infirmum. His poſitis

CERTVM EST 1. non licere Minimo habenti corpus habitus ſummè boni, veſci Paſchalibus: quod cùm manifeſtè pateat ex Regula, probatione non indiget. Eſt autem corpus habitus ſummè boni, illud in quo ſumma eſt ſymmetria & commoderatio elementorum, aut ſumma & conſummata ſanitas. Quod Galenus l. 1. de temp. c. 6. temperatum ſimpliciter & abſolutè nominat. Alij temperatum ad pondus. Is ſanè habitus cogitatione potiùs quàm ſolidè ſubſiſtit, ex eodem Galen. l. 1. de tuenda ſanitate c. 4. Et ſi cui vnquam optima natura prædito, contigit, ne momento quidem durauit, ex eodem ibid. c. 6.

CERTVM EST 2. ex eadem Regula, non licere Minimo, habenti corpus habitus ſimpliciter boni, licèt non ſummè boni, cibis veſci Paſchalibus. Eſt autem habitus ſimpliciter bonus, optima corporis conſtitutio, ex Galeno l. de optima corp. conſtit. Optima verò conſtitutio corporis, ex eodem l. 1. de tuenda ſanit. c.

tionem ſubdens; *Cùm iure noſtro caueatur, non niſi tempore infirmitatis, cibis Paſchalibus veſci*, &c. innuens ſe loqui de illo, qui vellet ſe purgare, & Paſchalibus cibis, veſci, ad futuras præcauendas infirmitates, quantumuis ſanus eſſet, & extra tempus infirmitatis: in quo ſenſu euidentiſſimo, ſtatutum iſtud non poteſt dici eſſe contra benignitatem Regulæ, nec nunquam acceptatum, nec derogatum per conſuetudinem contrariam. Sed vt idem Peirinis ibidem innuit in 3. reſponſione ad 1. emanatum à Patribus. Quadrageſimalis vitæ Votum zelantibus, ad præcauendas infirmitates ſpirituales & abuſus, ne potiùs gula carnium, quàm neceſſitate ſanitatis ſubornarentur Medici, vel grauedines fingerentur, ad hoc vt ſani prætextu purgationis, ad futuras præcauendas infirmitates veſcerentur Paſchalibus. Vndè & ſanctiſſimum iudicari debet, & in maxima obſeruantia prædicari, vt eſt.

Verùm, vt prærequiſitam cognoſcamus infirmitatem, qua poſita de Medici conſilio licebit nobis carnes manducare, & nos purgare, ad periculoſiores ſeu grauiores præcauendas, examinemus SENTENTIÆ PEIRINIS FVNDAMENTVM; Dicamúſque, eundem Galenũ l. de morborum differentiis ſic ſcribere. *In corporibus animantium, magis & minùs eſt: vt aliud ſummè boni habitus ſit, aliud ſimpliciter boni, non tamen ſummè boni habitus. Et quoddam quamuis ſanum, non tamen boni habitus. Aliud quoddam parum firma valetudine præditum. Quoddam verò ægrotans. Et huius quidem ægrotatio interim leuis, interim*

terim pernicioſa : & hæc ipſa quandoque mediocriter, nonnunquam vehementer. Ex quibus colligo, cuiuſlibet hominis corpus, vel eſſe ſimpliciter ſanum, vel ſimpliciter infirmum, licèt & ſanitatis & infirmitatis varij ſint gradus. Idem ſentit Ariſtoteles apud Ferenel. l. 1. de de morborum cauſis c. 5. *Ariſtoteles,* inquit Fernelius, *ſanum ex integritate actionum, ægrum ex quauis offenſione dimenſus, nihil inter hæc medium conſtituit, ſed priuantia fecit, perinde atque videns & cæcus.* Concordat his Peirinis, affirmans vbi ſupra, corpus neutrum, eſſe omnino infirmum. His poſitis

CERTVM EST 1. non licere Minimo habenti corpus habitus ſummè boni, veſci Paſchalibus: quod cùm manifeſtè pateat ex Regula, probatione non indiget. Eſt autem corpus habitus ſummè boni, illud in quo ſumma eſt ſymmetria & commoderatio elementorum, aut ſumma & conſummata ſanitas. Quod Galenus l. 1. de temp. c. 6. temperatum ſimpliciter & abſolutè nominat. Alij temperatum ad pondus. Is ſanè habitus cogitatione potiùs quàm ſolidè ſubſiſtit, ex eodem Galen. l. 1. de tuenda ſanitate c. 4. Et ſi cui vnquam optima natura prædito, contigit, ne momento quidem durauit, ex eodem ibid. c. 6.

CERTVM EST 2. ex eadem Regula, non licere Minimo, habenti corpus habitus ſimpliciter boni, licèt non ſummè boni, cibis veſci Paſchalibus. Eſt autem habitus ſimpliciter bonus, optima corporis conſtitutio, ex Galeno l. de optima corp. conſtit. Optima verò conſtitutio corporis, ex eodem l. 1. de tuenda ſanit. c.

5. eſt quæ optimo temperamento exiſtit, & quæ figuram partium egregiè ad functiones comparatam habet, quæ denique omnem tum numerum, tum magnitudinem, tum omnium partium inter ſe contextum ad actiones idoneum exhibet.

CERTVM EST 3. ex eadem Regula, licere Minimo habenti corpus infirmum, infirmitate ſeu morbo vehementer pernicioſo, qui vel curari vel mitigari poteſt, veſci quibuſcumque cibis Paſchalibus de Medici conſilio, de quo verbo, *Infirmi*, ſufficienter egimus. Hoc exigit Regulæ auſteritatis maximæ, ſed temperatæ, ſuauitas: humanæque naturæ non ignota fragilitas: quæ cùm nauſeet ſuper optimis cibis, dum graui detinetur morbo; quadrageſimales penitùs perhorreſcit.

CERTVM EST 4. ex eadem Regula n. 26. non licere Minimo quocumque morbo ægrotanti, veſci cibis Paſchalibus: ibi enim habetur, *Quamprimum quis in ægritudinem inciderit, ad infirmariam clauſtralem per infirmarium deducatur: & ibidem, primitùs de cibis Quadrageſimalibus, illius infirmitati iuxta Medicinalem artem congruentioribus, diligenter ac ſollicitè ipſi per Obedientiam ſubueniatur.* Vult ergo B. Pater, etiam infirmos aliquos ſui Ordinis Religioſos, non aliis quàm cibis Quadrageſimalibus refocillari: nec vlli Paſchalium permittit vſum, niſi cùm ſine illis aut vix, aut nullo modo recuperari poteſt ſanitas, quæ eſt Regula generalis maximè notanda. Subdit enim, *Si talis ægritudo ſic examinata inualuerit, Medici conſilio deducatur talis ægrotus*

ad

Digitized by Google

ad infirmariam exteriorem, iuxta Conuentus clauſuram ſitam, & inibi iuxta ordinationem dicti Medici, de Correctoris iuſſione, vigilanter & charitatiuè illi ſuccurratur de quibuſuis cibariis, pro ſanitate celeriùs reſtauranda. Addit præterea n. 27. *Vbi ægrotum ità conſtiterit euidenter conualeſcere, quòd Quadrageſimalibus cibis aſſuetis ſuſtentari queat: matura deliberatione præuia, ad priſtinæ vitæ ſanctiorem conſuetudinem redeat; memor ſalutiferæ profeſſionis ſuæ.* Ex quibus euidenter patet, mentem B. Patris eſſe, infirmum cibis tantùm Quadrageſimalibus debere veſci apud nos, cùm illis ſufficiẽter poteſt ſuſtentari: tuncque Paſchalium eſum, illi prorſus eſſe prohibitum, non obſtante quocũque Medici conſilio, quod abuſiuè diſpenſationem vocant aliqui. Neque enim eſt Medici ſuper Vita Quadrageſimali nobiſcum diſpenſare, ſed ſolùm declarare, qualitatem vel quantitatem morbi, Paſchalium ciborũ neceſſariò requirere ſubſidium. Nullam quippe ſuper nos habet iuriſdictionem; nec in caſu talis infirmitatis à Medico ſic declaratæ, Quadreſimali tenemur abſtinentiæ, cùm Votum iſtud emittamus iuxta limitationes Regulæ mox allatas, vt habetur verbo, *Profeſſio.* Dictæ autem limitationes, quorumcumque ciborum vſum ſic infirmis permittunt: vndè non indigent diſpenſatione. Ex quibus

Colligo 1. infirmum infirmitate, quam ſupra Galenus leuem vocat, Paſchales cibos apud nos non poſſe manducare. Patet, quia cùm talis infirmitas leuis ſit, poteſt qui illa detinetur, Quadrageſimalibus cibis ſufficienter ſuſtentari. Ideò rectè dicit Peirinis vbi ſupra, *Non pro quo-*

Digitized by Google

5. eſt quæ optimo temperamento exiſtit, & quæ figuram partium egregiè ad functiones comparatam habet, quæ denique omnem tum numerum, tum magnitudinem, tum omnium partium inter ſe contextum ad actiones idoneum exhibet.

CERTVM EST 3. ex eadem Regula, licere Minimo habenti corpus infirmum, infirmitate ſeu morbo vehementer pernicioſo, qui vel curari vel mitigari poteſt, veſci quibuſcumque cibis Paſchalibus de Medici conſilio, de quo verbo, *Infirmi*, ſufficienter egimus. Hoc exigit Regulæ auſteritatis maximæ, ſed temperatæ, ſuauitas: humanæque naturæ non ignota fragilitas: quæ cùm nauſeet ſuper optimis cibis, dum graui detinetur morbo; quadrageſimales penitùs perhorreſcit.

CERTVM EST 4. ex eadem Regula n. 26. non licere Minimo quocumque morbo ægrotanti, veſci cibis Paſchalibus: ibi enim habetur, *Quamprimum quis in ægritudinem inciderit, ad infirmariam clauſtralem per infirmarium deducatur: & ibidem, primitùs de cibis Quadrageſimalibus, illius infirmitati iuxta Medicinalem artem congruentioribus, diligenter ac ſollicitè ipſi per Obedientiam ſubueniatur.* Vult ergo B. Pater, etiam infirmos aliquos ſui Ordinis Religioſos, non aliis quàm cibis Quadrageſimalibus refocillari: nec vlli Paſchalium permittit vſum, niſi cùm ſine illis aut vix, aut nullo modo recuperari poteſt ſanitas, quæ eſt Regula generalis maximè notanda. Subdit enim, *Si talis ægritudo ſic examinata inualuerit, Medici conſilio deducatur talis ægrotus*

ad

Digitized by Google

ad infirmariam exteriorem, iuxta Conuentus clauſuram ſitam, & inibi iuxta ordinationem dicti Medici, de Correctoris iuſſione, vigilanter & charitatiuè illi ſuccurratur de quibuſuis cibariis, pro ſanitate celeriùs reſtauranda. Addit præterea n. 27. *Vbi agrotum ità conſtiterit euidenter conualeſcere, quòd Quadrageſimalibus cibis aſſuetis ſuſtentari queat: matura deliberatione præuia, ad priſtinæ vitæ ſanctiorem conſuetudinem redeat; memor ſalutiferæ profeſſionis ſuæ.* Ex quibus euidenter patet, mentem B. Patris eſſe, infirmum cibis tantùm Quadrageſimalibus debere veſci apud nos, cùm illis ſufficiẽter poteſt ſuſtentari: tuncque Paſchalium eſum, illi prorſus eſſe prohibitum, non obſtante quocũque Medici conſilio, quod abuſiuè diſpenſationem vocant aliqui. Neque enim eſt Medici ſuper Vita Quadrageſimali nobiſcum diſpenſare, ſed ſolùm declarare, qualitatem vel quantitatem morbi, Paſchalium ciborũ neceſſariò requirere ſubſidium. Nullam quippe ſuper nos habet iuriſdictionem; nec in caſu talis infirmitatis à Medico ſic declaratæ, Quadreſimali tenemur abſtinentiæ, cùm Votum iſtud emittamus iuxta limitationes Regulæ mox allatas, vt habetur verbo, *Profeſſio.* Dictæ autem limitationes, quorumcumque ciborum vſum ſic infirmis permittunt: vndè non indigent diſpenſatione. Ex quibus

Colligo 1. infirmum infirmitate, quam ſupra Galenus leuem vocat, Paſchales cibos apud nos non poſſe manducare. Patet, quia cùm talis infirmitas leuis ſit, poteſt qui illa detinetur, Quadrageſimalibus cibis ſufficienter ſuſtentari. Ideò rectè dicit Peirinis vbi ſupra, *Non pro quo-*

Digitized by Google

libet dolore capitis vel ventris, pedum aut ſtomachi, eſt quis ſtatim diſpenſandus ſuper vita Quadrageſimali.

Colligo 2. non ſufficere Minimo ad vtendum cibis Paſchalibus, quòd Medicus ipſum Infirmariæ exteriori deſtinauerit; ſed debere priùs in Infirmaria clauſtrali, cum cibis Quadrageſimalibus probare ſuam ægritudinem, ſi poteſt; modò tamen vis morbi, cibos Paſchales edere manifeſtè non vrgeat. Patet, tum ex textu Regulæ præallato, tum quia multi poſſunt ſic in Infirmaria Clauſtrali ſanitati reſtitui, qui propterea non poſſunt ſaluo Voto ad eſum ciborum Paſchalium conuolare. Dixi tamen, *ſi poteſt*, aliàs infirmitate per dies aliquot examinata in communi refectorij menſa, inquantum morbi vis & qualitas permittit, iudicio prudentis viri & conſcientiæ timoratæ, poterit talis æger de conſilio Medici cibis veſci Paſchalibus donec reſtauretur ipſius ſanitas.

Colligo 3. Superiorem mortaliter peccare contra vitæ Quadrageſimalis Votum, ſi initio infirmitatis non vrgentis alicuius ex ſuis ſubditis, permittit ipſum in Infirmaria exteriori cibos comedere Paſchales, abſque præuia probatione talis infirmitatis in Infirmaria Clauſtrali: idque maximè ſi hoc faciat auaritiæ affectu, attēdens Paſchales cibos ſine pecuniis comparari, quadrageſimales non item. Patet, quia in materia tanti Voti, à limitationibus & præſcriptis B. Patris deuiat, cùm poſſit, vt ſuppono, ideoquè cùm debeat, ab ipſis ne latum quidem vnguem recedere. Cúmque hinc ſequi poſſit,

multos

Digitized by Google

multos in Infirmaria exteriori comedere cibos Paſchales, qui in Clauſtrali ſanitati poſſent reſtitui, cibis quadrageſimalibus iuxta medicinalem artem congruentioribus refocillati:ſicut de facto non paucos reſtitutos vidi, non acquieſcentes Medicis, ipſis permittentibus eſum Carnium.

Colligo 4. non ſufficere Minimo ad vtendum cibis Paſchalibus, etiam prædicta probatione præuia, & Medici conſilio habito, excidiſſe, etiam notabilter, à ſanitate quæ conſiſtit in habitu bono ſimpliciter. Ratio eſt, quia vt ſupra diximus cum Galeno, talis habitus conſiſtit in optima corporis conſtitutione, quæ in optimo temperamento exiſtit, quæque figuram partium egregiè ad functiones comparatam habet, quæ denique omnem tum numerum, tum magnitudinem, tum omnium partium inter ſe connexionem ad actiones idoneam exhibet. At vix aliquis reperietur, qui ſaltem ſemel in anno non decidat à tali ſanitate: ſicque non eſſent apud nos, qui per decem, viginti, vel triginta annos, vitam agerent Quadrageſimalem, ne vel minimo ciborum Paſchalium vſu interruptam, quales tamen multos habemus. Proptérea, quis luſcioſos, monoculos, vel loripedes, ſi qui ſint apud nos, à vitæ Quadrageſimalis eximet debito? Et tamen notabiliter ab habitu bono ſimpliciter, exciderunt, vt ex præallatis liquidò conſtat.

Tota ergo difficvltas reuocatur ad tria capita: & eſt de ſano, non tamen boni habitus: de parum firma valetudine

prædicto : & de infirmo, infirmitate pernicioſa mediocriter. *Quæritúrque*, vtrum huiuſmodi, vel aliquibus ex ipſis liceat ſe purgare,& Paſchales cibos comedere, ad infirmitates præcauendas. Pro reſolutione

Nota 1. ex Medicis l. 1. de morborum different. c. 2. corpus ſanum, non tamen boni habitus, eſſe illud in quo ſanitatis intemperies exiſtit : ita tamen vt propter hanc aliquis nondum ſibi diſpliceat, nec adhuc de valetudine queratur. Corpus autem parum firma valetudine præditum, illud eſſe, in quo ſanitatis ea exiſtit intemperies, vt ob illam aliquis ſibi iam diſpliceat, & de valetudine queratur. Pro quo

Nota 2. duplicem eſſe intemperiem, ex Galeno l. 2. de tempe. c. 5. Vnam ſanitatis, quæ paululum à media temperie abeſt, & in qua nulla adhuc animalis functio læſa eſt. Alteram morbi, quæ longiſſimè à media temperie abeſt, & in qua animal temperamenti vitio ægrotat. Sub prima, complectuntur duo corporum ſanorum gradus, de quibus in notabili præcedenti. Sub ſecunda, omnia corpora quæ Galenus præallato l. 1. de morbor. differ. c. 2. ægrotantia vocat, ſiue leuiter, ſiue perniciosè; ſiue mediocriter, ſiue perniciosè vehementer ægrotent. His poſitis

Dico 1. non licere Minimo parum firma valetudine prædito, & multò minùs ei qui non eſt boni habitus, ſe purgare, & cibos Paſchales comedere, ad præcauendas infirmitates. Probatur 1. ex Regula, præallato n. 26. Ex qua

conſtat

conſtat euidentiſſimè, non licere nobis niſi in caſu infirmitatis, non futuræ vel poſſibilis, ſed actualis, Paſchales cibos manducare: ibi enim expreſsè dicitur, *Quamprimùm quis in ægritudinem inciderit*, &c. idque non niſi in Clauſtrali Infirmaria examinata, & inualeſcente ægritudine, ſubditur enim, *Si talis ægritudo ſic examinata inualuerit, &c.* quæ omnia actualem morbum præſupponunt. Nec vllibi reperitur, nos vti poſſe prædictis cibis tempore ſanitatis, ad præcauendas ægritudines; imò tenemur ex ſolemni Voto, tunc temporis ab illis abſtinere, R. F. 25. At ex Galeno citato, & qui non eſt boni habitus, modo ſupra explicato, & qui eſt valetudine parum firma præditus, non eſt infirmus, ſed ſanus. Ergo non licet illi comedere cibos Paſchales.

PROBATVR 2. ex Capitulo 1. Barchin. 19. vbi expreſsè declaratur, non licere nobis ad præcauēdam futuram infirmitatem nos purgare: cùm Iure noſtro caueatur, non niſi tempore infirmitatis cibis veſci Paſchalibus. Vbi duo declarantur, vnum, actualem morbum prærequiri, vt licitè poſſimus manducare cibos Paſchales: aliud conſequenter, abſque tali morbo actuali, non eſſe nobis licitum purgare nos, ad futuras infirmitates præcauendas. Quod eſt intelligendum, de purgatione quæ fit vtendo Paſchalibus cibis, vt patet ex contextu: illa enim quam à multis ſingulis annis videmus fieri in infirmaria Clauſtrali, cum congruentioribus cibis quadrageſimalibus, vt à quolibet fiat, nihil vetat. At, vt iam diximus, qui non eſt boni

habi

Digitized by Google

habitus, ſed parum firmæ valetudinis, non habet actualem infirmitatem, ſed eſt actu ſanus. Ergo non licet illi comedere cibos Paſchales, nequidem ad futuras præcauendas infirmitates.

Dico 2. licere Minimo infirmo, infirmitate mediocriter pernicioſa cibis vti Paſchalibus, tum ad talem populſandam infirmitatem, tum ad alias peiores præcauendas. Probatvr, quia ex eadem Regula n. 26. tempore infirmitatis, qualiſcumque tandem illa ſit, conualeſcentis tamen, nec ſanatæ ſeu propulſatæ vi probationis factæ in infirmaria Clauſtrali, licet nobis comedere cibos Paſchales de conſilio Medici, non ſolùm pro ſanitate reſtauranda; ſed, vt exprimitur ibidem, *pro celeriùs reſtauranda.* Ergo talibus cibis vti poſſumus, non ſolùm cùm ſine illis nullatenus ſanari poſſumus, quod accidit infirmis infirmitate pernicioſa vehementer; ſed etiam cùm ſine huiuſmodi cibis, ad longum tempus protraheretur morbus & differretur ſanitas: quod accidit infirmis infirmitate pernicioſa mediocriter, maximè cùm probabiliter iudicat Medicus, futurum morbum ampliorem, vel periculoſiorem. Cæterùm, infirmitatem pernicioſam, etiam illam voco, quæ licèt ex ſe lenis ſit, quia tamen eſt diſpoſitio præuia & infallibilis, iudicio periti Medici, ad aliam pernicioſam ſiue mediocriter, ſiue vehementer, pernicioſa cenſenda eſt.

Obiicies primò corpus neutrum, quod ex Galeno l. Methodi medendi, nec eſt ſimpliciter ægrum, nec ſimpliciter ſanum, quodque nec

nec omnino perfectas, nec omnino imperfectas agit operationes naturales, eſt omnino infirmum, cùm à ſtatu ſalutis recedat, cúmque malum ſit ex quocumque defectu, vt etiam dicunt Medici. Ergo ex Regula, de Medici conſilio veſci poteſt cibis Paſchalibus. RESPONDEO 1. indubitatum eſſe, tale corpus veſci apud nos poſſe prædictis cibis, ſi ſit omnino infirmum. At quomodo ſit omnino infirmum, & ſimpliciter non infirmum, non capio. Ad hoc enim non ſufficit, ſaltem quò ad infirmitatem quæ Paſchales cibos requirit, non omnino perfectas operationes naturales agere, niſi etiam addatur, *notabiliter*: leuis nanque defectus, licèt à ſalutis ſtatu recedat, & licèt malum oriatur ex quocumque defectu, non tamen nobis reddit licitum prædictorum ciborum eſum, vt ſupra declarauimus. RESPONDEO 2. cum Fernelio l. 1. de morborum differentiis c. 5. *Conſtitutionis huius neutræ, argutas & multiplices poteſtates à Medicis allatas, illos in varios ſophiſmatum labyrinthos præcipitaſſe.* Vndè & ipſe illam diſtinguit in neutram obſcurè ſanam, neutram obſcurè ægram, & neutram inter has mediantem. Quas omnes conſpicuè elucere dicit, dum vel ex ſanitate in morbum, vel ex morbo in ſanitatem tranſitus eſt. At hæc tot inuoluta ſunt obſcuritatibus, vt Minimis ſit maximè cauẽdum, ne prætextu conſtitutionis neutræ, in peccatorum labyrinthos ſe præcipitent, ad futuras præcauendas infirmitates. Petenda regula ex iis quæ ſupra attulimus ex Galeno clarè nimis loquente l. 1. de morb. differ. c. 2. ex quibus cõſtat, humanum corpus infirmum non eſſe, quod eſt

ſummè

ſummè boni habitus: nec quod eſt ſimpliciter boni, non tamen ſummè boni habitus: nec quod eſt ſanum non tamen boni habitus: nec denique, quod eſt parum firma valetudine præditum; licet ob ſanitatis intemperiem iam ſibi diſpliceat & de valetudine queratur. Quæ omnia ſupra explicauimus, Ex quibus ſequitur prima noſtra concluſio, non licere ſcilicet Minimo parum firma valetudine prædito, etiam ſi queratur de valetudine & iam ſibi diſpliceat, comedere cibos Paſchales ſe purgando, etiam ad futuras infirmitates præcauendas: cùm ex Galeno, tale corpus ſimpliciter ſit ſanum, nec nobis liceat tempore ſanitatis cibis veſci Paſchalibus.

OBIICIES 2. prudentis eſt obſtare principiis ne in deteriùs eatur: ergo principiis infirmitatis obſtandum per præcepta medica, ne morbus inſoleſcat & ſerpat; idque per medicamenta purgantia, quæ exigunt Paſchalium ciborum eſum. RESPONDEO, per infirmitatis principium, poſſe intelligi, vel infirmitatem actu inchoatam, vel id vndè poteſt infirmitas cauſari. Principio primo modo ſumpto, quod actualem, inchoatam licèt, dicit infirmitatem, eſt nobis obſtandum, etiam cibis Paſchalibus vtendo: & de hoc intelligendi; ſunt hi verſus, qui manifeſtè actualem morbum præſupponunt.

Principiis obſta, ſerò medicina paratur
Cùm mala per longas inualuere moras.

Non obſtandum tamen principio morbi, ſecùndo modo ſumpto, quod non actualem, ſed futuram duntaxat dicit infirmitatem; dictis cibis

Digitized by Google

bis veſcendo , quibus nobis veſci non licet, niſi actualis infirmitatis tempore , vt iam ſæpiùs diximus. Aliàs, cùm vita Quadrageſimalis (quidquid in contrarium dicat Peirinis vbi ſupra c.4.) per ſe loquendo , abreuiet vitam , ex communi Medicorum ſententia , vt idem ibidem refert, & patet experientia apud nos euidentiſſima, idque maximè in debilibus corporibus ; ſequeretur, ſaltē huiuſcemodi debiles qui ſunt inter nos, cibis Paſchalibus ſemper debere veſci,ad pręcauēdos morbos mortem infalibiliter accelerantes, etiam ſi alioquin in aliquo eſſent prædictorum graduum ſanitatis : quod tamen , nullus Voti noſtri vim ponderans , & Regulæ limitationes attendens , audebit affirmare.

OBIICIES 3. dicitur Eccleſiaſt. 18. *Ante langorem adhibe medicinam.* Ergo licet medicamentis vti , ideoque & ad id neceſſariis cibis Paſchalibus,ante languorem ſeu morbum actualem. RESPONDEO, hoc verum eſſe ſi aliundè nihil obſtet , ſicut verum eſt etiam , licere nobis manducare nobis appoſita , dicente Chriſto , *Manducate quæ apponuntur vobis* , Luc. 10. Obſtat autem ſolemne Votum Quadrageſimalis vitæ , quò minùs ante langorem & infirmitatem , adhibeamus , ſi non medicinam , ſaltem cibos Paſchales : alioquin , cùm nullus ſit qui probabiliter non poſſit credere ſemel in anno ſe habere morborum ſemina , nullus etiam eſſet, qui pariter ſemel in anno ſe purgare, & Paſchales cibos comedere non poſſet : quod proculdubio & Quadrageſimalis Voti exterminium eſſet, & in Religioſorum & ſecularium maximum

vertere

Digitized by Google

verteretur ſcandalum, qui certiſſimè tales purgationes irriderent. Has & ego nunquam non ſuſpectas habere poſſem, ſeu potiùs iniquas, ſi fierent quotannis, verno maximè & carnisprivij tempore, ab iis qui ne tunc quidem ſibi diſplicerent, nec de propria valetudine quererentur; quippe qui ſani eſſent, & Quadrageſimalis vitæ Voto maximè obligati. Delicata nimis eſſet hæc medicina Minimis, qui illam ſibi ſanis adhiberent, non ad præſentes propulſandas, ſed ad futuras præcauendas infirmitates. Reparari ſanè debet quod incipit marceſcere, quod ideo eſt, licèt non conſummatè marcidum: non reparandum tamen, quod nondum per initium actualis morbi, inchoatè ſaltem marceſſit. Qui aliter hanc præcauet ruinam, prudens eſt: ſed prudentia de monte Eſau, quam perdet Dominus, *Abdiæ* 7. & prudentia carnis, quæ & illa vtenti mors. *Rom.* 8. & ſtultitia eſt apud Deum. 1. *Corinth.* 3. Ex dictis

SEQVITVR 1. quòd ſi eſſet aliquis qui v. g. quotannis grauiter infirmaretur tempore autumnali, ſi verno tempore non ſe purgaret, manducando cibos Paſchales: ſi verò ſe ita purgaret, dictam præcaueret & vitaret infirmitatem: talis poſſet quotannis prædicto tempore & modo ſe purgare, ſi eodem ipſo verno tempore infirmari inciperet; ita vt, notabiliter non perfectas operationes naturales ageret, ſed de valetudine ſatis quereretur, quæ ſunt actualis morbi ſigna. Hoc probat & determinat ſecunda concluſio: & in hoc ſenſu, veriſſimam puto concluſionem Peirinis. Sed huiuſmodi rari admodùm

dùm reperientur. Si verò eodem verno tempore, futuri morbi ſemina, ſeu cauſas duntaxat habe

ret, pro quibus auferendis, ad effectum, morbum ſcilicet auferendum, purgationem requireret, ità tamen vt ne tunc quidem infirmari inciperet, imò nequidem ſibi diſpliceret, nec de valetudine quereretur, quæ ex Medicis Galenum exponentibus, etiam ſanis, parum firma licèt ſanitate, conueniunt, vt ſupra demonſtrauimus: ſi denique æque perfectas tunc ageret operationes naturales, digeſtionem, eiectionem, ſanguificationem, aggenerationem & ſimiles, ac aliis temporibus quibus ſe ſanum credit; non poſſet ſe purgare Paſchalibus cibis vtendo, licèt defectu talis purgationis infalibiliter deberet infirmari tempore autumnali. Ratio fundamentalis eſt, quia tunc non eſſet actu infirmus, & quia nobis ſub Voto prohibetur, extra actualem ægritudinem Paſchales cibos manducare, vt fuſiùs probauimus concluſione prima. Et neruoſiùs corroboratur, ex dictis in reſponſione ad ſecundam obiectionem: vbi oſtendimus, non eſſe nobis licitum purgare nos, cibos Paſchales manducando, niſi ad auferendum actualem morbum, non autem morbi ſemina: ne inducantur ſaltem debiles à natura, ſeu complexionis delicatæ, Quadrageſimalem vitam (quæ ex ſe ſemen eſt morborum mortem accelerantium, vt ibidem diximus) deſerere; ſicque tanti Voti obſeruantiam abigere & conculcare: cùm illorum delicatæ complexioni alia via prouiderit Sanctus Pater & mitis, non quidem ad exceſſum, ſed ab ſobrietatem: de quo, verbo, *Infirmi*,

d cùm

Digitized by Google

cùm de langore naturali & ſupernaturali, pagina 269.

Nec quod dicimus eſt contra Regulæ benignitatem, ſed ad normam eiuſdem Regulæ delineatum, quæ actualem morbum requirit ad comendendas carnes. Et quamuis durum videatur non poſsę nos infalibiter futuros morbos, dum ſani ſumus ſanitate non multum firma, præuenire; purgando nos & carnes manducando, ad illos præcauendos; durius tamen fuit B. Patri, etiam extremæ infirmitatis tempore, vt & per totam vitam ab anno 13. ab eiſdem cibis abſtinere Paſchalibus, vt ad cœnam nuptiarum Agni poſt mortẽ introduceretur, ſicut retulimus ex c.1.Rom.v.Quadr.vita. Nec minùs durum eſt Carthuſianis laborantibus in extremis, ne carunculam quidem poſſe comedere, etiam cum diſpendio vitæ. Hæc noſtra pœnitentia eſt, à nobis voluntariè pro Deo ipſi Deo promiſſa: hanc vouimus, huic militiæ nomen liberè dedimus. Quid ergo nobis ſanis cum Paſchalibus cibis, quibus abrenunciauimus?

SEQVITVR 2. nimio Quadrageſimalis vitæ zelo exarſiſſe Venerandos illos Prouinciæ Turonenſis Patres, qui in Conuentu Genabenſi eiuſdem Prouinciæ anno 1616. grauiter tulerunt, dicti Conuentus Correctorem permiſiſſe, tunc Fratrem Clericum, nunc autem Venerabilem admodùm Patrem Franciſcum Chaillou, ſacræ Theologiæ doctiſſimum à quamplurimis annis profeſſorem, & alterum Nathanaëlem in quo dolus non eſt, ad infirmariam exteriorem deduci, eò quòd acutiſſima laboraret Quartana; idque

idque de conſilio Medici, qui obſtando talis febris principiis, infirmo ſanitatem promittebat. Affirmabant quippe prædicti Patres, non ſufficere talem febrem, acutiſſimam licèt, ad carnes comedendas. Magnus zelus, ſed non ſecundùm ſcientiam; cùm ex purgatione, & ſubſidio ciborum Paſchalium, non aleuiatio morbi tantùm, ſed ſperaretur ipſa ſanitas: cùm ex Regula, nobis actu infirmis, infirmitate perniciosa etiam mediocriter, liceat Paſchales cibos edere, non ad ſanitatem recuperandam ſolùm, ſed ad celeriùs reſtaurandam (præuia ſemper infirmariæ Clauſtralis probatione) vt probauimus concluſione 2.

NEC OBSTAT, quòd R. P. Ægidius Camart, tunc prædictæ Prouinciæ Prouincialis, & poſt alium Prouincialatum electus tandem Generalis, à me poſt dies aliquot conſultus ſuper hoc negotio, vt ſcirem an benè vel malè in illo actum fuiſſet; reſponderit, ſe aliàs Quartana laborantem, dum eſſet Prouincialis Aquitaniæ, bis iter peregiſſe à mari vſque ad mare, à Mediterraneo ſcilicet ad Oceanum, & prædicaſſe per Aduentum & Quadrageſimam, intacta vita Quadrageſimali. Non obſtat inquam, tum quia non damnauit quod actum fuerat. Tum quia patet non ita acutam fuiſſe illius febrim, ac illam dicti P. Chaillou, cum qua proculdubio nullatenus potuiſſet prædicare. Tum quia quod eſt leue robuſtæ complexionis viro, qualis erat R. prædictus Pater; infirmiori penitùs eſt intolerabile. Tum denique quia tale reſpōſum videtur potiùs fuiſſe factum, rigidæ Quadrageſſimalis vitæ ob-

Digitized by Google

ſeruantiæ zelo, ne ſcilicet pro leui morbo ab illius deuiaremus ſemitis,gulæque laxaremus habenas (quod ſi vbique,apud nos eſt maximè execrabile) quàm ad præteritam actionem, ſaltem tacitè condemnandam,cùm ad præſcriptum Regulæ fuerit facta.

SEQVITVR 3. infirmum quem euidenter conſtat conſuetis cibis Quadrageſimalibus poſſe ſuſtentari, cuique nullo modo proſunt Paſchales ad amiſſam ſanitatem recuperandam, ab huiuſmodi cibis Paſchalibus abſtinere debere. Tales ſunt qui tenentur leui quartana, quæ cùm non niſi tractu temporis curetur, & cauſam habeat arti medendi nequaquam obſequentem, fruſtra qui illa infirmatur, ſibi ad ſanitatem nihil conferentibus cibis Paſchalibus vtetur, ſi abſque illis Quadrageſimalibus ſufficienter valeat ſuſtentari. Cùm ex Regula, tantùm liceat cibis vti Paſchalibus, ad ſanitatem vel abſolutè vel faciliùs reſtaurandam, & ad corpus infirmum, ſuſtentandum,vt patet ex prædictis. Et de facto talis eſt praxis, præallato R.P. Camart exemplo, vt & aliorum plurimorum ſufficienter demonſtrata. Concordant quæ hîc dicimus,Correctorio 56. vbi dicitur, *Superueniente aliquando ſupernaturali langore, Medici conſilio permittantur tales languidi aliquorum menſium ſpatio, carnes & lacticinia comedere.* Non ergo quandiu durat languor & infirmitas, quod nihil deſeruiret, cùm dictus langor incurabilis ſupponatur: Sed, *aliquorum menſium ſpatio*,ad fractas vires reparandas. Quod quotidie in praxi videmus in aſthmaticis, pulmonicis, hecticis, podagra laborantibus, & ſimilibus

milibus, dum tamen morborum quibus detinentur remiſſiones, permittunt illis ciborum Quadrageſimalium eſu ſe ſufficienter ſuſtentare.

CONSILIVM V.

AN LICEAT MINIMIS inſeruientibus in ſpiritualibus & corporalibus, laborantibus peſtilentia, comedere cibos Paſchales.

RESPONDEO, quæſtionem hanc maximè fuiſſe agitatam in hoc Conuentu Lugdunenſi, anno 1628. Ampliſſimam namque Lugdunēſem hanc Ciuitatem peſtilenti lue depopulante, cogitauerunt plurimi ex noſtris ſub Charitatis vexillo militantes, peſte contactos adiuuare pro Chriſto. Horum fuit Anteſignanus R.P. Ioannes Royal ſexagenarius, ſed complexionis rebuſtiſſimæ, ad annum octogenarium peruenturæ, R.P. Rolandi Guichardi (de quo in Conuentu Lugdunenſi) ex ſorore nepos. Hic, ſtatim expleto Lugdunenſi Correctoriatu, tantæ aggreſſus officium Charitatis, inter alios multos inſtituti noſtri Minimitani, in eo tandem decedens multis exantlatis laboribus, à R. P. Theophilo Raynaudo Societatis Ieſu, in ſua Mantiſſa ad Indiculum Sanctorum Lugdunenſium, MARTYRIS CHARITATIS titulo meruit inſigniri.

Illum multi ſequuti ſunt,tum Sacerdotes tum Oblati : ex quibus aliqui pio huic operi inſtantes, deceſſerunt. Inter hos memorandi veniunt, Reuerendi Patres Laurentius Chauſſe,& Ioãnes Anton. Aubanel. Poſterior, variè tentatus per noctem integram priuſquàm ſe exponeret, vt à ſancto propoſito diſcederet,æternam vitam contemplatus in fine recitationis Symboli Apoſtolici, tandem victor euadens ſe expoſuit & fœliciter obiit. Prior paulò poſt reuolutum ſui Correctoriatus Mommerlenſis annum, ad idem deſcendit obſequium & certamen, pro Deo, Patria, proximóque vitam fuſurus. Cùm autem non admitteretur ad tam arduum opus, à delicatam ipſius complexionem attendentibus ; illis denunciauit, ſe ſuæ animæ rationem reddituros coram Deo & eius Angelis, ſi friuola dicta ratione ducti, illum arcerét à tam glorioſo agone. Sic exultans, precibus importunis, piis comminationibus conditis,opportunè fuit admiſſus: ſic reſiduum vitæ, infirmorum impendit obſequio : ſic fœliciter obdormiuit in Domino.

Propoſitum itaque fuit in Conuentus huius Capitulo, antequàm Charitatis athletæ deſcenderent ad dictæ certamen Charitatis, vtrum ſaluo Quadrageſimalis vitæ Voto, poſſent huic exercitio dediti cibos comedere Paſchales : & vnanimiter concluſum, non obſtante non morbi ſolùm, ſed etiam mortis euidentiſſimo periculo, non poſſe, cùm Regula noſtra(cui ſub Voto tenemur hac in parte) prærequirat actualem morbum ad tales cibos comedendum : cùm opus obligationis, nullatenus ſit omittendum ad exe-

quendum

quendum opus ſupererogationis : cúmque non neceſſitate ſimplici & abſoluta, ſed tantùm ad melius eſſe, obſequio noſtrorum indigerent infirmi, cæteris Regularibus, qui abſque delectu cibos quoſcumque comedunt, huic obeundo muneri ſufficientibus.

Noſtris ergo oblatis ad infirmis deſeruiendum ſub conditione Quadrageſimalis vitæ ſeruandæ, Magiſtratibus ciuitatis negotiis ſanitatis præfectis (qui aliundè nos vrgebant, vt pote quos in proſperis & ſanitatis tempore piis & copioſis ipſorum eleemoſynis nouerant ſuſtentari, ad ipſis vices rependendas in illo publicæ calamitatis tempore, cùm vix ſufficerent cæteri Regulares; quibus nec nos in gratitudine cedere par erat,nec in Charitatis officiis exequendis) illos ad hoc munus admittere cum diſpendio vitæ euidentiſſimo in tali conditione inuoluto,penitùs renuerunt : ſuper tam exacta Quadrageſimalis vitæ apud nos obſeruantia, non paucas querimonias fundentes : de nobis, vt de ſcrupuloſis querentes : minitantes inſuper ſe quotidianas nobis eleemoſynas ſubtracturos, niſi abiecta tam rigida Quadrageſimalis vitæ obſeruantia, noſtros exponeremus cum conditione Paſchales cibos manducandi.

Hanc repulſam ægrè ferentes noſtri, RR.PP. Societatis Ieſu conſuluere, inter quos denuò grauis hæc quæſtio maximè fuit agitata : illiſque in varias ſententias abeuntibus, attentis grauiſſimis præallatis rationibus hinc indè militantibus ; tandem CONCLVSVM FVIT, in caſu extremæ neceſſitatis, cùm ſcilicet meſſis quidem

multa eſſet, operarij verò ità pauci, vt nõ ſufficerent ad infirmorũ ſubueniendum neceſſitatibus, licere nobis abſque ſcrupulo veſci cibis Paſchalibus, infirmis deſeruiendo lue tactis contagioſa, ne manifeſtæ mortis nos exponeremus periculo. Emiſſum namque Votum Quadrageſimalis inediæ, non nos ligare cum diſcrimine vitæ tanto, fuit determinatum; ne aut nos ſanos certæ morti exponeret (quod vouentes nullatenus intẽdimus) aut à publicis & extremè neceſſariis Charitatis officiis obeundis nos arceret, quod nemo dicat eſſentiam Voti ponderans, quod de meliori bono debet eſſe: cùm proculdubio melius ſit publicæ ſatisfacere neceſſitati de qua hîc agimus, quàm obſeruantiæ vitæ Quadrageſimalis ita tenaciter illigari, cum diſpendio Charitatis.

Conclvsvm etiam fvit Conuentus huius Religioſos, ex vna parte nõ admiſſos ad hæc pietatis opera, ſub conditione ſeruandæ vitæ Quadrageſimalis; ex alia verò inſtantiſſimè requiſitos, imò & ſub comminationibus prædictis, ad illa obeunda, Quadrageſimali ieiunio intermiſſo, licitè & abſque peccato poſſe veſci cibis Paſchalibus. Tum quia, tanta ciuium inſtantia, neceſſitatem ſaltem quaſi extremam arguebat. Tum quia, ſuppoſitis prædictis, infirmorum obſequiũ, non ita erat, quò ad nos, opus ſupererogationis, vt à mera libertate penderet; ſed præterea neceſſitatẽ maximam aduehebat; qua poſita, à dicti Voti obſeruantia ſolutos eſſe infirmis contagioſis deſeruientes, fuit reſolutiuè declaratum. Tum quia, non fuit intentionis B. Patris Franciſci, quarti huius Voti inſtitutoris, ſicut nec filiorum eius

qui

Digitized by Google

qui illud emiſerunt, in tantæ neceſſitatis caſu, cúmque Religionis præiudicio tanto,ſe vel ſuos illius obſeruantiæ obligare. Si autem aliquando Epichcia vtendum eſt,videtur hoc in caſu maximè neceſſarium.Citra quem tamen & prædictam neceſſitaté,placuit omnibus,non nobis Minimis licere,extra actualé morbũ, cibos comedere Paſchales ne cauſa quidẽ dictis infirmis deſeruiendi.

His conclvsionibvs, ob prætactas rationes, lubens ego ſubſcribo. Hoc duntaxat adiiciens, noſtrorum aliquos illis ſtare noluiſſe: ſed admiſſos ad dictorum obſequium infirmorum, in inuiolata vitæ Quadrageſimalis obſeruantia perſeueraſſe, quandiu viguit in illis ſanitas. Ex quibus non eſt prætereundus inter Auenionenſes, Honorandus P. Honoratus Pazier, qui à Correctore ſuo ſæpiùs repulſam paſſus (quo tempore Regularium obſequium ita neceſſarium fuit diiudicatum, vt ipſis ſolis feralis carrucæ qua qui lue ceciderant efferebantur, deductio commiſſa fuerit: ad id muneris antea deſignatis, habitis pro ſuſpectis) inſtantiſſimæ petitioni non abſtitit, vt compendioſam & certam æternæ vitæ viam ingrederetur, donec à ſuo Superiore exponeretur, & ab Illuſtriſſimo Auenionenſi Archiepiſcopo & Vicelegato ad infirmorum Valetudinarium, quod *Campum* vocant *Floridum*, mitteretur; in quo pani nuces adiecit: tótque virtutum flores legit infirmis inſeruiendo vigente ſanitate;& vix ſorbendo ius carniũ elixarum dũ peſte tactus fuit, vt omniũ eſſet admirationi. Sicque ad extremum vſque ſpiritum perſeuerãs,miſerã vitã glorioſa morte coronauit.

d 5 Huic

Huic in agone fuit ſocius R.P.Ioannes Fournier, qui Patriá Sanſpiritanam ciuitatem, quandiu peſte fuit afflicta proprio obſequio ſubleuauit: ſanitatéque ei reſtituta, Auenionem repetiit: vbi Sacramenta lue contactis adminiſtrans, peſtilentia tandem deceſſit.

Simili mortis genere obierunt, R.P.Maximinus Deuilars: qui Conuentum Aquenſem in Noſocomium conuerſum, ne dilapidaretur non deſeruit, & languentibus deſeruiuit (cuius in extremis laborantis cùm exciperet confeſſionem R.P.Andreas Aubert, cum quo militiæ noſtræ nomen dedi, peſte tactus dicitur obiiſſe) & deuotiſſimus frater Ioannes de Caue, Oblatus ſagaciſſimus: qui in tanta calamitate, opera & obſequio non defuit Maſſilienſibus.

CONSILIVM VI.

AN LICEAT MINIMIS IN VIA exiſtentibus, cibis Quadrageſimalibus deficientibus, Paſchales manducare.

RESPONDEO licere, ſi Quadrageſimales penitùs deficiant; ita vt ne panis quidem habeatur: quod hactenus accidiſſe non puto. Non autem ſi adſint aliqui ex Quadrageſimalibus, quibus vitam poſſimus ſuſtentare, licèt cum incommodis variis. Hoc intendit Peirinis quæſtione citata c.5. dicens, poſſe Minimum quodcumque Paſchale comedere abſque ſcrupulo, quando eſt in itinere, & non inuenit QVIDQVAM

Digitized by Google

Quadrageſimale quod poſſit comedere. Item nos æquans Benedictinis, quibus longinquo itineri deſtinatis, volatilia conceduntur; ſi tamen, vt explicat ex Turrecremata, quò aliter ſuſtententur non habeant: ſubdens, omnes nos pares eſſe cùm de neceſſitate agitur, quæ nulli legi ſubjacet. Item referens ex Soſomeno l.1. Hiſtoriarum c.11. Magnum illum Spiridionem, inſtante Quadrageſima, diebus quibus ipſe cum ſuis ieiunabat, hoſpiti carnes ſuilas appoſuiſſe, & ex illis manducaſſe, cùm nihil aliud penitùs, ne panem quidem apud ſe haberet. Adducens inſuper in ſuæ concluſionis probationem, Caput, *Conſilium*, de obſeruatione ieiunij, vbi eſt ſermo de extrema neceſſitate, his verbis: *Cùm quæſieris quæ ſit illis pœnitentia iniungenda, qui diebus Quadrageſimalibus, quo tempore tanta famis inedia ingruebat, quòd magna pars populi propter inopiam annonæ periret, carnes comedere ſunt coacti. Reſpondemus, quòd in tali articulo illos non credimus puniendos.*

Ceſſante tamen tali neceſſitate, non nobis licet comedere cibos Paſchales. Vndè nobis peregrinantibus, ſufficiunt non modo olera & terræ ſemina, quod ſæpiſſimè accidit; ſed aliquando nuces ſicco pani adhibitæ: imò & ſolus panis. Nec ob tam exactum ieiunium, quod vix ad tertium diem peruenit, frangendum Votum iudicamus, quod in ſecularium ſcandalum proculdubio vergeret, in propriam frangentium infamiam, & in Religionis dedecus. Idque maximè, quia in Quadrageſima ſeculares quamplurimi, ſibi talibus cibis ſufficienter ſatisfa-

ctum

Digitized by Google

ctum eſſe putant : nec tunc illis edere carnes licet, niſi *Cùm nullum alium habent cibum præter illas*, vt expreſſis verbis docet Stephanus Fagundez in quartum Eccleſiæ præceptum l. 1. c. 2. & ante illum Toſtatus in c. 6. Matthæi q. 171. vbi ait, fundatus ſuper caput, *Conſilium*, præcitatum; *In quadrageſima, ſi quis non haberet niſi carnes quibus veſceretur, non peccaret ſumendo illas.* Quicumque enim citra infirmitatem, aut Pontificis diſpenſationem, in Quadrageſima carnes licere manducare dicunt, dictam prærequirunt neceſſitatem, nec aliam ſufficere affirmant.

CONSILIVM VII.

QVA RATIONE POSSIMVS iudicare, quid ſit piſcis, quid caro.

SVNT quædam animalia in quibus id ambigitur, vt lutra quā nos *Loutre* vocamus : caſtor, *vn Bieure* : mures aquatici, teſtudines, limaces, ranæ, & ſimilia. *Reſpondet Maior* in 4. diſt. 15. q. 3. piſces in hoc à carnibus ſecerni, quod naturaliter non poſſint extra aquam diù viuere. Vndè concludit, aliquos ranunculos eſſe piſces, alios verò non. Maioris regulam amplectitur Fagundez vbi ſupra, cùm ex illa, cameleonis carnes, veras carnes eſſe affirmet : quod ob eandem regulam de Tibero pontico (quem Hiſpani, *Cibaro*,

Digitized by Google

baro, Luſitani, Loutram vocant) de coruis marinis & ſimilibus dicit. Addens, ex præſcripta maioris Regula iudicium eſſe ferendum de teſtudinibus: cùm enim, inquit, diù non viuant extra aquam, piſces ſunt. At, noſtrum eſt inter alios omnes, difficultatem iſtam enodare. Itaque

Dico non valere Maioris Regulam.

Deficit 1. quia nulla eſt apud nos, nec apud ſeculares tempore Quadrageſimæ, ſaltem in tota Gallia, inter ranunculos diſtinctio; illos enim abſque delectu manducamus.

Deficit 2. in teſtudinibus, quibus etiam indiſtinctè in cibum vtimur; non ſolùm aquaticis, ſed etiam terreſtribus quæ in teſquis paſcuntur; quæ etiam diù in hortis extra omnem aquam viuunt. Vndè ratio Fagundez præallata, quæ de aquaticis tantùm procedit, eſt penitùs inadæquata. Nec abſque fundamento, dictas comedimus teſtudines: ſuborta nempe graui difficultate ſuper illarum eſu in Capitulo Generali Tholoſano n. 32. factáque ibidem cunctis Ordinis noſtri Religioſis prohibitione illis vtendi, vſque ad ſubſequens Capitulum; tandem conſultus fuit Sanctiſſimus Adrianus Papa VI. à Reuerendiſſimo Bernardino Cardinali S. Crucis tunc noſtri Ordinis Protectore, vt hoc dubium enucleare dignaretur. Qui declarauit *Poſſe nos teſtudinum ſeu tartarucarum huiuſmodi cibo quolibet, etiam Quadrageſimali tempore, liberè & licitè, abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo veſci.* De quo teſtatur Reuerendiſſimus Laurentius Cardinalis Sanctorum quatuor, S. R. E. maior Pœnitentiarius, Ordinis noſtri Protector (cuius ſe teſtem

teſtem dicit auritum) in Bulla ab ipſo ſuper hoc edita, quæ incipit, *Vniuerſis*, ſub Datum Romæ in Palatio Apoſtolico, in camera ſuæ ſolitæ reſidentiæ, Die 14. Aprilis anno 1524. In qua Bulla affirmat R. P. Franciſcum Binet, olim Ordinis tertiò Generalem, medico iubenti illum teſtudinibus veſci, non acquieuiſſe; dixiſſéque, id nec ſibi licere nec ſuis: quibus propter conſcientiæ ſcrupulum, teſtudinibus veſci licentiam nunquam dare voluit. Vndè, dicta declaratione habita, idem Cardinalis Bernardinus Protector, illi in virtute S. Obedientiæ præcepit vt teſtudines manducaret, ſuiſque illas manducandi faceret facultatem. Idem eodem pari modo, præcepit dictus Cardinalis Laurentius Protector Ordinis, R. P. Franciſco Cerdonio tunc Generali (qui prædicto Patri Binet immediatè ſucceſſit) vt ipſemet in eadem Bulla declarat.

Circa quam Bullam, aduertendum in ea ſermonem fieri de teſtudinibus in genere, abſque diſtinctione vlla terreſtrium vel aquatilium. Vt enim ait Plinius l. 32. c. 4. *Sunt teſtudinum genera, terreſtres, marinæ, lutariæ, & quæ in dulci aqua viuunt.* Vbi autem lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Item, fauores ampliandi, odia reſtringenda. Denique, non video vllum fundamentum, quo nixi Patres noſtri, dubitarint vtrum liceret aquatiles teſtudines comedere: tota ergo difficultas videtur fuiſſe de terreſtribus; ad quam diluendam, præcedens declaratio facta fuit: in qua non ſimpliciter dicitur poſſe nos teſtudinum cibo veſci, ſed *teſtudinum cibo quolibet*; idque, *etiam Quadrageſimali tempore*:

tempore: hoc eſt, teſtudinibus quibuſlibet; nec ad Quadrageſimalis vitæ Votum laxandum, ſed tanquam cibo Quadrageſimali: qui ſi nobis in Quadrageſima, à fortiori tunc temporis ſecularibus licet.

DEFICIT 3. *Maioris Regula* in lutris & caſtoribus, qui & Fibri dicuntur Pontici: animalia ex genere amphibio, quæ tam in terris quàm in aquis viuunt. De illis Plinius l.8.c.30. *Caudæ piſcium, fibris; cætera pars, lutræ. Vtrumque aquaticum; vtrique mollior pluma, pilus.* & l.32.c.3. *Spectabilis naturæ potentia, in his quoque quibus & in terris & in aquis victus eſt, ſicut & fibris quos caſtores vocant.* Eadem eſt ratio de muribus aquaticis, & ranis. His enim omnibus, vt ad piſcium naturam, vel ad neutram pertinere, à Medicis & Philoſophis ad quos nos remittit Fagundez, diiudicatis, abſque ſcrupulo veſcimur. Siue hæc animalia piſces ſint quia aquatilia; vel quia ſunt ſanguinis frigidi qui non coagulatur, vt ſanguis animalium vera carne conſtantium; vel quia in oleum reſoluuntur. Siue neutrius ſint naturæ, vt porc quæ, quatenus aquatilia ſunt videantur piſces: quatenus aliqua ex ipſis quadrupedia & in terris degentia, videantur animalia terreſtria: & quatenus plumas habent pro pilo, videantur aues. Non eſt tamen eadem ratio de fulicis, anſeribus, anatibus, & id genus alitibus; quæ cùm aues ſint, habeántque ſanguinem qui coagulatur, & aquis ſuperferantur, idque ad delicias; nec ipſis immergantur ordinariè ad ipſarum naturæ exigentiam, vt animalia præallata; ſed raro (quod & homini congruit) & ad victum quæren

quærendum; carnis appellatione procul-dubio veniunt.

Cæterùm, ex dictis patet, apud Fagundez poſitum fuiſſe Tiberum Ponticum, pro Fibro Pontico de quo ſupra cum Plinio; mendo, vt arbitror Typographi. Item, Luſitanos lutras confundere cum fibris, quæ manifeſtè ſunt ſpeciei diſtinctæ, vt patet ex prædictis, & manifeſta docet experientia. Denique, eundem authorem minùs rectè de Fibro philoſophatum fuiſſe, cùm illum non piſcem, ſed carnem dixit. Vel ſi Philoſophos & Medicos ſuæ gentis conſuluit, noſtros Gallos à Luſitanis diſſentire.

DEFICIT 4. *Maioris Regula* in piſcibus terrenis, de quibus idem Plinius l. 9. c. 57. per totum: quos nobis eſſe licitos, cùm piſces ſint, non reſtat ambigendi locus: maximè cum limaces edamus, quæ ſemper extra aquam viuunt. Quòd ſi illas ad neutram dicas naturam pertinere, idem dic de omnibus prædictis animantibus, ob rationes allatas: à quibus, non à Maioris Regula, inter carnes veras & piſces petenda eſt diſtinctio.

CONSILIVM VIII.

AN AD CIBOS PASCHALES MANDVcandos ſufficiat Minimis licentia Medici.

RESPONDEO non ſufficere. Duo enim ad hoc requiruntur in Regula, conſilium ſcilicet Medici, & iuſſio Correctoris: dicitur enim n. 26. *Si ægritudo examinata*

in

in Infirmaria clauſtrali inualuerit, Medici conſilio deducatur ægrotus ad Infirmariam exteriorem: & inibi iuxta ordinationem dicti Medici, de Correctoris iuſſione, vigilanter & charitatiuè illi ſuccurratur de quibuſuis cibariis, pro ſanitate celeriùs reſtauranda. Requiritur ergo conſilium Medici, declarantis infirmitatem exigere cibos Paſchales, non autem propriè ſuper Voto diſpenſantis: requiritur etiam iuſſio Correctoris, ne illo inconſulto, ſibi ſubdito, cuius anima de illius manibus exquiretur, apponantur cibi prædicti manducandi; idque, ad vitandos abuſus, qui tractatu temporis poſſent irripere. Certè, ſi ad hoc vt ſecularis huiuſmodi cibos manducet in Quadrageſima, requiritur licentia vtriuſque Medici, ſpiritualis ſcilicet & corporalis, vt ſupponunt authores, nominatim Fagundes vbi ſupra, ſaltem cùm infirmitas non eſt ita euidens vel vrgens, quod etiam docet praxis: vtraque apud nos à fortiori requiretur.

Sed qvid agendvm, ſi alteruter Medicorum noluerit de valetudine querentem dictos cibos comedere? Respondeo, neutrum ſine alio, illos comedendi licentiam poſſe dare, cùm vtraque requiratur ex Regula. Vndè, ſi renuerit Medicus corporalis, ipſius concluſioni ſtandum erit: niſi fortè manifeſta tunc ſit neceſſitas, Religioſis nota, quàm concipere non vult Medicus, quacumque tandem de cauſa id faciat, v. g. vel quia à paucis diebus nos nouit, vel quia nimiis ſcrupulis diſcrutiatur. Vidi enim Medicum alioqui valdè doctum & ætatis prouectæ ſatis, ſed nimis ſcrupuloſum, primò in-

firmariæ clauſtrali, poſtmodum eadem hora vix exteriori per quindecim dies deſtinantem infirmum, qui decem poſt dies fuit terræ mandatus. Illis autem in caſibus, conſulendi mihi videntur à Correctore Seniores ipſius: & conſequenter alter Medicus de illorum cõſilio. Succurrendum námque infirmo, non tamen citra conſilium Medici quod Regula requirit: nec Correctoris eſt, authoritate propria ad alium Medicum recurrere, ordinarij conſilio prætermiſſo; cùm teneatur ex eadèm Regula Seniores conſulere, in quamplurimis rebus multò minoris ponderis.

QVOD SI SVPERIOR DVBITET, an Medicus iuſta de cauſa ab infirmaria arceat de valetudine querentem, vel ipſum eidem infirmariæ deſtinet: conſilio Medici, cuius eſt iudicare de hac re, ſtare debet. Contra tale namque conſilium ad infirmariam, aliquem admittere, ex Reg. manifeſtè non licet: ſicut nec ab illa, in dubio de quo agimus, à Medico ipſi deſtinatum arcere. Accedit, quòd fides adhiberi debet, ſaltem in dubio, Religioſo ſe infirmum dicenti: quod colligitur euidenter ex Correctorio 109. vbi vt habes verbo, *Habitus*, hæc habentur verba: *Si aliquando cauſa frigiditatis aut infirmitatis, aliquis ſe pluribus tunicis egere aſſerat: illi, tanquam Dei ſeruo, credatur; & eidem, iuxta loci facultatem, charitatiuè prouideatur.* Licèt enim inter nos ſit maxima differentia, inter exceſſum qui committi poſſet in habitibus, & illum qui poſſet committi in eſu ciborum Paſchalium: tamen in dubio, pro Superiore qui Religioſo fidem debet vel non debet adhibere, eadem penitùs vtrobique ratio militat.

Adde,

Adde, quod vtrumque reſpicit Votum: ſi enim qui ſine ſufficienti infirmitate carnes manducaret, peccaret contra Votum vitæ Quadrageſimalis: qui ſine ſufficienti neceſſitate, contra propriam conſcientiam, diceret Superiori ſe pluribus egere tunicis, ſicque ab eo male informato illas obtineret, peccaret procul dubio contra Votũ Paupertatis: perindè enim eſſet, ac ſi dictas haberet tunicas abſque Superioris licentia & illo inſcio vel inuito, cùm non illas concederet niſi cauſa neceſſitatis, quæ tamen ficta eſſet. Ait autem D. Bernardus Serm. 48. ad ſororem de modo viuendi: *Si ancilla Dei habet aliquid peculiare, vel abſconditum, quod à cæteris ancillis Dei ignoratur, furtum eſt: peccatum furti eſt. Quare: quia omnia habet in communi cum cæteris ancillis Dei, & quaſi proprium ſibi aliud abſcondit. Hoc furtum eſt, hæc manifeſta fraus eſt, hoc grande peccatum eſt, hoc eſt iter inferni. Quidquid habes, habeto cum licentia, habeto cum benedictione.* Et D. Bonauentura in ſpeculo diſcip. 1. p. c. 4. dicit; *Statutum Religioſæ mancipationis euadit, qui in vſu proprio, rem aliquam ſiue à parentibus ſiue à quibuſdam aliis recipit, aut quod maioris eſt culpæ, accepta occultans, Superioris iudicio non exponit: nulla enim res quam Superior non dederit aut permiſerit, eſt licita proprium abdicanti.*

Cæterum, ſi Superior ex antiqua notitia quam habet de vita & moribus, animi deliquio, imaginationibus, vel dilucidis interuallis & ſimilibus, alicuius fratris ſe infirmum dicentis, euidenter cognoſceret illum cibis Paſchalibus non indigere: nullatenus conſentire debet, (non obſtante conſilio Medici fratrem plenè non co-

gnoſcentis) vt talis ad infirmariam exteriorem deducatur : accedente tamen Seniorum conſilio.

PROBATVR PRIMA PARS, quia ad nihil aliud requiritur conſenſus ſeu mandatum Superioris ad apponendos Paſchales cibos Religioſis infirmis,niſi ad vitandos abuſus;qui vitari non poſſent, imò Superioris authoritate firmarentur, ſi teneretur Superior conſentire, vt ille de quo agimus deduceretur ad infirmariam exteriorem, ſuppoſito conſilio Medici. Adde, reperiri aliquando Medicos ita faciles, vel quia non ponderant obligationem tanti Voti de quo agimus:vel quia carnis nimis indulgentes fragilitati, Quadrageſimalem vitam, velut omnino contrariam ſanitati penitùs auerſantur, vt non valdè ſit laborandum ad illorum conſilium obtinendum ad carnes manducandas : vndè multos videmus ipſis non aſſentiētes, etiam citra vllam Superioris prohibitionem. Præterea,dicunt quilibet Medici,ſe iudicare ſecundùm allegata; nec poſſe intueri cor, vt videant an grauis doloris ei cauſa inſit; lienem, vt agnoſcant an ſit affectus; hepatem, vt perſpiciant vtrum phlegmone ſit obſeſſum; renes, vt an doleant; pulmones, vt an ſint ſauciati diiudicent; & ſic de aliis. Si ergo aliquis minùs Religioſus, Quadrageſimali zelo in ipſo langueſcente; vel, quod abſit, deficiente, morbos fingeret: item, ſi quis ſibi nimis blandiens, vel animi deliquium patiens, leues morbos vt grauiſſimos imaginaretur, & hæc Superiori nota eſſent,quis dubitat illum tales arcere poſſe ab ingreſſu infirmariæ

exterioris

exterioris & eſu ciborum Paſchalium, credendum ſanè Religioſo, ſe pluribus egere tunicis dicenti, vt prænotauimus: nemò tamen dicet ipſi credendum, ſi euidenter ſuperfluas poſtularet: v.g. (vt exemplo vtar euidentiſſimo) ſi iam ſex habens, adhuc plures exigeret.

PROBATVR SECVNDA PARS, 1. quia Corrector tenetur ex Correctorio conſulere Seniores, multis in rebus quæ ſunt multò minoris ponderis. Cor.22.imò, *Generaliter ſuper omnibus negotiis nouiter occurrentibus*, ibid. Ideo in Regula n.40.habetur, *Seniores capitulariter aſſumpti, ſuis Correctoribus, conſilium & auxilium, in cunctis ad hanc regulam & vitam quomodolibet ſpectantibus muturè præbeant.* Quæ omnia habes verbo, *Seniores.*

PROBATVR 2. quia Capitulum primum Genuenſe 33. expreſsè in hac materia, cùm facilis ad Medicum non poteſt haberi acceſſus, quò ad ſupplendam abſentiam Medici, conſcientiam onerat, non ſolùm Correctoris, ſed etiam Seniorum: quorum etiam conſenſum expreſsè requirit, vt habes verbo, *Infirmi.*

PROBATVR 3. quia errare poſſet etiam ipſe Superior, vel inordinata paſſione duci, vel nimia duritia & immiſericordia: vt enim ait D. Bonauentura in opuſculo de ſex alis Seraphim c. 4. *Fortes & ſani, non ſentiunt quod ſentit ager; ideo neſciunt eis compati.* Cùm ergo grauis ſit res de qua nunc agimus, ad diluendas difficultates quæ accidere circa illam poſſent, conſulendi ſunt Seniores. Ad illos etiam recurrere debet infirmus, ſi illorum conſilio prætermiſſo,

illum ab exterioris infirmariæ ingreſſu abigit Superior. Non autem illis inconſultis, habito duntaxat conſilio Medici, cibos Paſchales manducare.

CONSILIVM IX.

VTRVM LICEAT MINIMIS in infirmaria exteriori exiſtentibus, piſces comedere.

RESPONDEO licere, modo illis in adeò parua quantitate & ita rarò comedat, vt hoc fiat abſque diſpendio ſanitatis, habitæ vel recuperandæ. Fieri etenim poteſt, vt ſtomachus infirmi ſuper carnibus ita nauſeet & cibis quibuſcumque Paſchalibus, vt tamen piſces vel ſolos ad modicum tempus, vel cum cibis Paſchalibus admittat. In quo caſu confert ad ſanitatem piſces ad illud breue tempus manducare, vel etiam ad longum vnà cum Paſchalibus cibis, qui ſoli ab infirmi ſtomacho reſpuerentur. Sæpè etiam contigit, vt modico paucorum piſciculorum eſu appetitus excitetur, ad comedendum totum quod ad vnam cœnam vel prandium neceſſe eſt, quod aliter non fieret. Prætereà, ſi Medicus conſulat infirmo vt oua & lacticinia ſolùm comedat quò ad cibos Paſchales (quo in caſu, vt reſoluit Peirinis de Subdito, q. 4. c. 6. carnes non poteſt manducare) fortè ſufficient oua & lacticinia, ſi piſces adiiciantur; aliàs verò, non ſufficient. Quod etiam procedit

de iis

de iis quibus eſt licitum carnes comedere; qui, dum grauis infirmitas non vrget, (quo in caſu ſpecialiter medicum conſulendum eſſe dicit Peirinis ibid.) ab illis tenentur abſtinere, imò & à coctis in iure carnium, feria ſexta & Sabbatho, extra diem Natalis Domini diebus illis pro tempore cadentẽ, vt etiam concludit Peirinis ibid. Procedit etiam de diutino langore ſupernaturali (de quo verbo, *Infirmi*,) ità laborantibus, vt cogantur ſemper veſci cibis Paſchalibus, qui dies aliquos in vita Quadrageſimali poſſunt pœnitentiæ cauſa & Religioſæ vitæ zelo tranſigere: licèt ſciant Quadrageſimales cibos ipſis aliqualiter nocituros, vt ibidem concludit Peirinis. Cuius concluſioni, qua concludit abſolutè, illum qui apud nos de Medici conſilio Paſchalibus veſcitur cibis mortaliter peccare ſi piſces manducet, in reliquis aſſentior. A carnibus enim, ouis, &c. tenetur abſtinere, qui cibis poteſt Quadrageſimalibus ſuſtentari. Si Paſchalibus indiget, ſaluis modificationibus præallatis, in diſpendium ſanítatis veſcitur Quadrageſimalibus.

CONSILIVM X.

VARIARVM DIFFICVLTATVM circa Quadrageſimalem vitam, reſolutiuum.

PLVRES ALIAS QVÆSTIONES, proponit & optimè reſoluit ibidem Peirinis circa hanc materiam: ſcilicet, Non poſſe ſenem

apud nos, ne nonagenarium quidem & vltra, ſi alioquin ſit ſanus inquantum illa ætas patitur, comedere Paſchales cibos. De quo verbo, *Infirmi*, cùm de diutiuo langore naturali. Facit pro hac doctrina D. Bonauentura in opuſculo de ſex alis Seraphin c.4.ala ſecũda, vbi ait; *Determinatã infirmitatẽ non habentibus, ſed tamẽ corpore debilibus, & viribus exhauſtis, vt ſenibus, ſubueniendum eſt exemptione laboris, in officiis, ſeruitiis, decurſibus & huiuſmodi.* Vbi S. Doctor, cùm calculatis, infiſtulatis & ſimilibus, ſubueniendum eſſe dicat relaxatione rigoris in victu: ad ſubueniendum ſenibus, non hoc, ſed præallatum remedium adiicit.

CONCLVDIT 2. Peirinis, exiſtentem in infirmaria exteriori de conſilio Medici, ſi infirmetur infirmitate non incompatibili cum ſtomacho ſano & robuſto, v.g. Podagra, teneri ieiunare, aliàs non teneri: vniuerſaliter cenſens, præceptum obſeruari debere inquantũ poteſt. Quod tamen reſtringendum puto, ad dies quibus oua cum lacticiniis taliter infirmis ſufficiũt ſine carnibus: cùm enim, vt argumentatur Fagundes vbi ſupra, abſtinentia à carnibus ſit de ratione intrînſeca ieiunij, qui nôn poteſt abſtinere ab illis, ieiunare nullatenus tenetur.

TERTIO, illum qui poteſt de conſilio Medici oua manducare, veſci poſſe caſeo, lacte, butyro, & ſanguine, non autem carne.

DENIQVE, prædicatorem Minimum teneri ſub mortali voluntariè ſe non ingerere prædicationibus faciendis, ſi prædicandi munus ſe exequi non poſſe nouit niſi carnes manducet. Teneri etiam, ſuperiori illum mittenti ad prædicandum,

dicandum manifeſtare dictam ſuam infirmitatem. Qui ſi in voluntate ipſum mittendi ad prædicandum perſeueret, attendens talem Prædicatorem eſſe magni nominis, & multum ſolere proficere in ſuis Prædicationibus, ſi alij prædicatores non reperiantur, qui poſſint æquè benè, & velint, ſaluo Voto, tale munus exequi, tunc prædicatorem prædicare teneri: ideóque incidentem in infirmitatem, licitè poſſe de Medici conſilio, citra ſcandalum tamen, etiam in Quadrageſima, cibos comedere Paſchales. Quod licet Peirinis dubitanter tantùm affirmet, ego intrepidè penitùs aſſero; ne Votum noſtrum maioris boni, ſeu publici, prædicetur impeditiuum. Qui verò voluntariè ſe ingeſſit talem infirmitatem præuidens, mortaliter quidem peccauit; cùm tamen infirmatur, nec eſt alius qui vices eius ſupplere poſſit modo prædicto, tunc vt aſſumptum munus exequatur, poteſt, citra ſcandalum tamen, cibos comedere Paſchales, ob allatas rationes: quæ procedunt de Prædicatore famoſo & multum proficiente, non de illis qui ſolùm prædicant vt ſint Prædicatores, inquit Peirinis; niſi fortè & iſti, à prædicationibus cœptis, citra ſcandalum abſtinere non poſſint.

CONSILIVM XI.

AN CORRECTOR CONVENTVS SS. Trinitatis de Vrbe, in ſuo Conuentu præcedere debeat Prouinciales.

NOTA quòd licèt Corrector iſte Localis dici poſſit, quia vni tantùm loco ſeu Conuentui

præeſt; dici etiam poteſt Corrector Prouincialis; non quòd ſit Prouinciæ alicuius præpoſitus, ſed quòd Prouincialis habeat authoritatẽ & iuriſdictionẽ omnimodam. Nouitios enim ad Ordinẽ admittit, quod Prouincialibus inferiores nõ poſſunt, niſi à Superioribus Prælatis ſint ſpecialiter deputati. R. F. n.2. Intereſt Capitulis Generalibus quæ in ſuo celebrantur Conuentu, quod reſpectiuè non poſſunt ſimplices Correctores Locales. Ad Ordinem Preſbyteratus mittit, quod non niſi Prouincialibus competit, *Cor.* 77. & 78. Approbat Confeſſores, quod Prouincialibus inferiores non præſumere debent. *Cor.* 85. Eligitur in die S. Michaëlis, vt Prouinciales ex Reg. *n.* 48. cùm tamen ſimplicium Correctorum electio, antea fieri debeat, *ex Reg. n.* 49. Ipſius denique electio ſtatim ac facta eſt, publicatur, vt electiones Prouincialium. *c.* 4. *Valent.* 25. cùm tamen electio ſimplicis Correctoris Localis publicari non debeat ante Capitulum Prouinciale. *c. Toloſ.* 48. *c.* 4. *Valent.* 26. Ex quibus rectè colligit Peirinis, ſuper conſtit. 7. Pauli V. §. 3. n. 19. quòd ſicut Prouinciales poſſunt eligi ex aliena Prouincia. *c.* 3. *Valent.* 3. ſic & Corrector Conuentus SS. Trinitatis ex alieno Conuentu. Dictus ergo Corrector, Localis eſt, extenſione loci: Prouincialis verò, authoritate & iuriſdictione. Illis in hoc Archiepiſcopis aſſimilatus, qui ſub ſe nullum Epiſcopum ſuffraganeum habent. Qualis eſt in Calabria Archiepiſc. Roſſanenſis & in partibus vltra marinis, Conrenenſis & Manuſtrenenſis. His poſitis.

Dico, Correctorem Conuentus SS. Trinitatis

tatis de Vrbe, debere præcedere Prouinciales in eodem Conuentu exiſtentes, etiam dum Capitulum Generale in eo celebratur: ideóque non perperàm illum ſibi talem præeminentiam vſurpare, ſed meritò non rapinam arbitrari ſe eſſe tunc non ſolùm æqualem, ſed prælatum omnibus Ordinis Prouincialibus. Eſt directè contra Peitinū in priuil.qui totis viribus præeminentiā hanc impugnat:cuius tamen rationes,ex prællatis funditùs euertuntur.Itaque,concluſio noſtra,

PROBATVR 1. ex Cap.1.Rom.4. vbi, in liſta fratrum Gallicæ Nationis exhibita Reuerendiſſimo Cardinali Senogalienſi Capitulo præſidenti, Conuentus huius Corrector,primus omnium poſitus fuit, etiam ante Prouincialem Turoniæ. Quod arguit, ab obitu B.P.Francisci de Paula, præeminentiam iſtam fuiſſe illi exhibitam; ídque, Correctore ſanctitate fulgente R.P. Franciſco Binet: ideóque non vſurpatam, nec perperàm, nec vllo modò. *Confirmatur potentiſſimè*, quia in eodem Cap. idem Corrector conſtanter votum ſuum depromit ante Prouincialem Turoniæ; non ſolum in acceptatione Regulæ &c. n.6. ſed etiam in electione Generalis, n.20. ideóque, poſtquàm idem R.Cardinalis Correctoribus locū poſt Prouinciales aſſignauit, n.9.Quod Achillē opinionis contrariæ debellat.

PROBATVR 2. quia Prouincialis Prouinciæ in qua celebratur Capitulum Generale, primum locum obtinet in eodem Capitulo,ob Capituli reuerentiam. *c.Pariſ.*4.c.1.*Barch.*25. Ergo cùm Corrector SS. Trinitatis, Prouincialium iuriſdictionem habeat; & in hoc ſenſu ſit verè

Pro

Prouincialis, vt ſupra oſtendimus; etiam tempore Capituli Generalis, in proprio Conuentu debet Prouinciales præcedere.

PROBATVR 3. ex Cap. 2. Auenionenſi n.8. vbi id diſertis verbis ſtatuitur abſtrahendo à quocumque tempore. Et ibid. dicitur, hoc fuiſſe concluſum, *vt omnis confuſio tolleretur, & vnicuique quod ſuũ eſt tribueretur*. Itẽ, *eò quòd prædictus Cõuẽtus, Sedes ſit R.P. Generalis, eique immediatè ſubiectus.*

PROBATVR DENIQVE, quia Corrector SS. Trinitatis, eſt in poſſeſſione pacifica præeminentiæ huius, per multos annos continuata, abſque interruptione, clamore, & litigio, per multos actus confirmata; & quod caput eſt, ſic fuit ab initio; quidquid in contrarium dicat Peirinis, vbi ſuprà n.11. Hæc autem ſic demonſtro, primò, quia habentur expreſsè in eodem c.2. Auen.8. vbi dicitur Correctorem SS. Trinitatis de Vrbe, in ſuo Conuentu Prouinciales omnes debere præcedere, *Vt moris eſt*: & paulo poſt, *Vt iam aliis in Capitulis decretum & vſu firmatum eſt*: quo teſtimonio nihil expreſſius. Secundò in quinque prioribus Capitulis Romæ celebratis, ante Cap. 2. Auen. ne veſtigium quidem alicuius clamoris vel litigij contra dictam præeminentiam Correctoris SS. Trinit. reperitur: imò, illum eam habuiſſe in electione primi poſt B. Patrem Generalis, in. Cap.1.Rom.n.20. manifeſtiſſimè conſtat. In 2. verò n.1. & 3. n.2. in quibus locus Prouincialibus aſſignatur (proculdubiò ob aliquas difficultates inter illos ſubortas) de loco Correctoris SS. Trinitatis nulla fit mentio: ſicut nec in Capitulis quarto & quinto

item

Digitized by Google

item Romanis. Quæ arguunt Correctorem prædictum præeminentia de qua agimus, non potitum fuiſſe ſimpliciter, vt teſtatur Cap.2.Auen.8. ſed etiam pacificè & abſque clamore, litigio, & controuerſia vlla, à Cap.1. Rom. ad 2. Auen. quoties Generale Capitulum Romæ fuit celebratum; ideóque ſine interruptione vlla, & ab anno 1507. ad annum 1599. id eſt, per ſpacium 92.annorum. Peirino autem talem poſſeſſionem neganti, incumbit negationis ſuæ probatio, interruptionis, clamoris & litigij, quæ ſupponit. Eſt autem hæc probatio ita impoſſibilis, vt ne vel leuiter illam attingat.

In Cap.autem 2.Auen.ortam quidem difficultatem puto ſuper dicta præeminentia: hæc tamen, vt antiqua, Correctori Trinitatis SS. fuit adiudicata: & ſopitis ſuper quæſtione hac difficultatibus: nulla prorsùs fit mentio in Capitulis ſubſequentibus, de controuerſia aliqua excitata circa materiam hanc. Sicque poſt Cap. 2. Auen.& ab illo vſque in diem hanc,ideóque per 33.annorum ſpatium (quod ſufficit ad præſcriptionem) SS. Trinitatis Corrector, abſque clamore, lite, vel interruptione, potitus eſt dicta præeminentia, quoties ſe obtulit occaſio, in Capitulis ſcilicet 6.& 7. Romanis.

Duas primas concluſionis noſtræ probationes, non attingit Peirinis; vndè nihil reſpondet ad illas. *Ad tertiam reſpondet* 1.ſtatutum illud eſſe contra Regulam & contra Cap.1.Rom. vbi Correctores Prouincialibus poſtponuntur: ideóque nullum. At cónſtat ex prædictis, hoc non eſſe verùm in Correctore habente iuriſdictionem

Pro

Prouincialis, qualis eſt Corrector SS.Trinit.ſed ſolùm in ſimpliciter Correctoribus Localibus. *Reſpondet* 2. quòd ſi quid valet tale ſtatutum, ad ſummum valet in Prouincialibus degentibus Romæ extra Cap.Generale: & hoc ſolùm illud intendere. At ſtatutum legenti, contrarium patet; cùm indiſtinctè loquatur: cúmque præallatæ rationes quibus innititur, æquè procedant de tempore Capituli Generalis ac de quocumque alio. *Reſpondet* 3. nihil valere rationem pro hac præcedentia allatam; quia Collegæ Generalis ſunt immediatè illi ſubiecti, & tamen nullam præeminentiam habent ſupra Correctores vel Prouinciales. Item, non licere dicto Conuentui aliquam habere præeminentiam, eò quòd ſit ſedes Generalis; quia pari modo, Conuentibus qui ſunt Prouincialium ſedes poſſet concedi præeminẽtia aliqua ſupra alios Correctores; quod nemo dicit. Ad quæ dico 1. quòd etiã ſi alterutra prædictarũ rationũ, non ſufficeret ad prædictã præeminentiã; vtraque tamẽ hanc requireret.

Nam quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.

2. prohiberi Collegis præeminentiã aliquã habere. Cor.84. nullibi autẽ Correctori habenti Prouincialis iuriſdictionẽ, qualis eſt ille de quo agimus. Item vnicum hũc Conuentũ Sedem vocari Generalis, in Capitulis Generalibus: vagã autem eſſe multorũ Prouincialium Sedẽ; cùm ipſorũ alij in vno, alij in alio eiuſdẽ Prouinciæ cõmorentur. Vndè de his Cõuentibus, non poteſt dari regula vniuerſalis, ſicut de Conuẽtu Romano. Præterea, ità placuit Patribus noſtris Capitula Generalia celebrantibus: dare præeminentiã ſcilicet Correctori

ctori

Digitized by Google

ctori Conuẽtus qui Sedes Generalis eſt:non autẽ Correctoribus Conuentuum qui Prouincialium ſedes ſunt. Denique, Prouincialium Sedes, ſunt ferè omnes in Conuentibus antiquioribus: nec pro paucis videtur condenda lex vniuerſalis. *Reſpondet* 4.hoc priuilegium præeminentiæ Correctoris SS.Trinitatis eſſe in præiudicium tertij; Prouincialiũ ſcilicet,ergo nullũ. At antecedens non eſt verum, cùm, vt ſuprà oſtendimus,dictus Corrector habeat Prouincialiũ iuriſdictionem.

Ad quartam concluſionis noſtræ probationem, reſpondet idem Peirinis, non valere conſuetudinem, qua minùs dignus magis dignum præcedit. Sed patet ex prædictis, eundem Correctorem æqualis eſſe dignitatis cum Prouincialibus, & in ſuo Conuentu Prouincialem eſſe,ideóque Prælatum Superiorem. Nec mirum ſi illi præeminentia tribuatur, ſuper Prouinciales, in ſuo Conuentu, cùm Zeloſo tribuatur vbique ſupra Correctores omnes (excepto Romano duntaxat;) qui tamen ſunt verè Prælati,licet inferiores, vt oſtendimus v.*Prælati*;non autem Zeloſus,vt patet *v.Zeloſus*.

Dices, ſi Corrector Conuentus SS. Trinit. eſt Prouincialis,ergo vt talis debet alios Correctores præcedere, etiam in propriis Conuentibus; vt ſtatuitur in c. 4. Valent.48. quod non eſt admittendum. *Reſpondeo*,negando ſequelam: ſtatutum enim præcitati Cap. intelligitur de iis qui ſunt merè & abſolutè Prouinciales; qualis non eſt dictus Corrector, cuius dignitas eſt mixta, participans Prouincialium Superioritatem, & Correctorum inferioritatem: vt enim ſupra diximus, quò ad extenſionem loci, eſt Corrector

Localis;

Digitized by Google

Localis; Prouincialis verò, quò ad iuriſdictionẽ: ideóque, non Prouincialis abſolutè, ſed duntaxat ſecundùm quid. Hoc tamen non obſtat, quin in proprio Conuentu præcedere debeat Prouinciales abſolutè; cùm collata illi fuerit iſta praeeminentia in Cap. 1. Religionis, à ſubſequentibus ad nos vſque firmata: cũque non aduerſetur ſacris Canonibus, Regulæ, vel Correctorio; quæ quoties Correctores Prouincialibus poſtponunt, de Correctoribus ſimplicibus, & Prouincialium iuriſdictionẽ non habentibus intelligenda ſunt.

Crediderim tamen, Conuentuum primogeniturã non attendendã eſſe, quò ad præeminentiam Correctoris SS. Trinit. ſuper alios Correctores Locales, extra Conuentus proprios: illumque alios, etiam antiquiorum Conuentuum, præcedere debere, extra proprios Conuentus, cùm ſecundùm quid ſaltem, ſit Prouincialis & Superior Prælatus. Imò, hoc neceſſariò concludendũ eſt, ad vitanda contradictoria & abſurda. Cùm enim Zeloſus præcedere debeat ſimplices Correctores, extra proprios Conuentus, ex c. 3. Rom. 3. c. Paul. 24. c. 5. Rom. 11. & Corrector SS. Trinit. vbique præcedere debeat Zeloſum, ex c. 2. Auen. 8. vt habes. v. *Zeloſus*; ſi in alieno Conuẽtu ſimul reperiantur dictus Corrector, Zeloſus, & alius Corrector Conuentus antiquioris Romano; hũc neceſſariò præcedere debebit Corrector SS. Trinit. cùm præcedere debeat Zeloſum, qui alium Correctorem præcedit. Alioquin, in Ordine ad Zeloſum eſſet prior; in ordine ad alium Correctorem, eſſet poſterior Zeloſo; quæ ſunt abſurda & contradictoria.

Digitized by Google

CONSILIVM XII.

AN, IN QVIBVS, ET QVOMODO Religionis noſtræ Prælati abſoluere, diſpenſare, & rehabilitare poſſint ſuos ſubditos, in peccatis reſeruatis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis.

DICO 1. Superiores noſtros Prælatos omnes, poſſe diſpenſare ſuos ſubditos in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contenciosum. Item, poſſe abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari, in quibuſcumque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſt. reſeruatis, ſuos etiam ſubditos, per ſeipſos aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ. Item & in hæreſis crimine, in eodem foro conſcientiæ, ipſi tamen tantùm, non eorum Vicarij. Et hæc omnia de Iure communi.

PROBATVR, qnia omnia prædicta conceduntur Epiſcopis à Concilio Trident. Seſſ. 25. in decreto de Reformatione c. 6. ergo & noſtris Superibus Prælatis, poteſtatem quaſi Epiſcopalem habentibus: de quo *v. Abſolutio*, p. 6. & 7. Ideò Roderig. to. 1. qq. Reg. q. 24. a. 16. ait: *Cùm hoc priuilegium Iuris, ſit beneficium Principis, Generaliter & illimitatè loquens, generaliter & illimitatè debet explicari. Et ſic, Prælati Regulares habentes iu-*

 riſdictio

riſdictionem quaſi Epiſcopalem, Iure communi poſſunt. cum ſuis ſubditis in prædictis diſpenſare, in foro conſcientiæ. Idipſum declarauit Pius V. fieri poſſe à Priori Conuentuali & Superioribus Prælatis per ſeipſos, in Bulla, *Romani Pontificis*, 21. Iunij 1571.

Dico 2. virtute priuilegiorum, poſſe Superiores noſtros, Generales ſcilicet, Vigiles, Prouinciales, Correctores Locales, & eorum Vicarios, abſoluere ſuos ſubditos à quibuſcumque peccatis & cenſuris: exceptis hæreticis relapſis, ſchiſmaticis, literarum Apoſtolicarum falſificatoribus, ad infideles prohibita deferentibus; & conſpirantibus in Summum Pontificem, qui ad Sedem Apoſt. ſunt deſtinandi. Poſſe etiam, diſpenſare ſuper irregularitate, ex quauis cauſa, etiam ob Simoniæ labem contracta, ſuos ſubditos profeſſos: exceptis contractis ex cauſis homicidij, bigamiæ, mutilationis membrorum, & Simoniæ commiſſæ in ſuſceptione Ordinum.

Probatvr, quia prædicta omnia, illis expreſſè conceſſit Iulius II. in Bulla, *Virtute conſpicuos*, 5. Kal. Aug. 1506. Motu proprio, ex certa ſcientia & authoritate Apoſtolica. Vnde non eſt opus hîc congerere permulta alia priuilegia relata ab à Sorbo in additionibus ad Caſarubium v. *Abſolutio ordinaria quò ad fratres*: Roder. q. citata, Confettio in Sixto IV. & aliis. Hoc enim nullum maius reperi; & quò ad materiam de qua agimus cætera omnia comprehendit.

Non excipitur tamen in illa Bulla, caſus conſpirationis in Sum. Pont. nec Simonia commiſſa in ſuſceptione Ordinum. Priorem enim excepit Iulius II. in Bulla, *Exponi*; 27. Febr. 1510. expoſitam

ſitam à R. S. Præd. Ord. Generali ſoluens difficultatem. Poſteriorem verò Sixtus V. in Bulla confirmata quò ad hoc à Clem. VIII. quam refert Suares tomo 1. de Rel. l. 4. c. vlt. n. 4.

Nota avtem 1. vi dicti Priuilegij, noſtri Ord. Super. poſſe abſoluere hoſpites eiuſdem Ordinis vndecúmque venientes, ab omnibus ſententiis & pœnis, à iure vel ab homine generaliter, non particulariter latis; hæc enim habentur expreſsè in eadem Bulla.

Verùm Suarez tomo 4. de Relig. tract. 1. l. 2. c. 25. n. 5. dicit, virtute Priuilegij à Paulo III. conceſſi (quod refert) poſſe Regularium Prælatos abſoluere ſubditos, non ſolū à cenſuris etiam particulariter latis; ſed etiam ab excommunicatione, qua quis denunciatur excommunicatus; adhibitis quibuſdam modificationibus, quas apud illum vide. Sed ſi hoc priuilegium eſt duntaxat Viuæ vocis oraculum; hodie vacat.

Nota 2. virtute prædictæ Bullæ, poſſe Superiores noſtros, abſoluere Nouitios, ab omnibus peccatis & cenſuris à quibus poſſunt & Profeſſos. Niſi fortè, ſuper irregularitatibus diſpenſare non poſſint: exceptis incurſis in ſeculo ab excommunicatis, interdictis, aut ſuſpenſis generaliter, Ordines ſuſcipientibus: vel in loco interdicto celebrantibus: à quibus poſſunt diſpenſare, vt expreſsè conceditur in eadem Bulla. Ratio difficultatis eſt, quia in illa datur quidem facultas diſpenſandi ſuper irregularitatibus, ſed, *Cum Ordinis profeſſoribus, poſtquam ordinem profeſſi fuerint.* Quæ de Nouitiis non videntur intelligenda. Qui propterea videntur diſpenſari non

poſſe ab Ord.Super.ſuper aliis irregularitatibus, ab iis quas exceptas iam dixi.

Nota 3. Superiores noſtros poſſe abſolui ab omnibus caſibus & cenſuris, à quibus poſſunt ſuos ſubditos abſoluere: diſpenſari & rehabilitari ab irregularitatibus, à quibus illos poſſunt diſpenſare & rehabilitare: idque ab iis quos in proprios Confeſſores elegerint. Hoc habent, ex Cor.84. & ex eadem Bulla.

Dico 3. Superiores noſtros omnes, rehabilitare poſſe ſuos ſubditos, & omnes hoſpites Ordinis ad officia & dignitates à quibus arcebantur ob quancumque irregularitatem; exceptis iis quas excepimus. Hanc concluſionem pono propter eos qui dicunt, poteſtatem diſpenſandi ſuper irregularitatibus eſſe penes ſuperiores; non tamen rehabilitandi.

Probatvr conclvsio 1. ex fine quem ſibi proponit Sum.Pont. dans poteſtatem diſpenſandi ſuper irregularitatibus, in dicta Bulla. *Vt*, inquit, *dicti Ordinis profeſſoribus omnis vagandi tollatur occaſio, & ad Apoſt. Sedem recurrendi ſubtrahatur pro poſſe neceſſitas.* Ad hoc autem requiritur, vt Superiores poſſint rehabilitare.

Probatvr 2. quia Sum.Pont.dans ibid. Superioribus facultatem ſibi ſubditos diſpenſandi ſuper irregularitatibus, ſubdit: *Vt defectu & irregularitate huiuſmodi non obſtante, irregulares ipſi, ad quoſcumque etiam ſacros Ordines promoueri, & in illis etiam altaris miniſterio miniſtrare, & ad quaſcumque adminiſtrationes & Officia eligi, recipi, & aſſumi: illáque gerere & exercere liberè & licitè valeant, motu, ſcientia, & authoritate prædictis, concedimus*

dimus per præſentes. Quæ omnia dicunt rehabilitationem manifeſtam.

PROBATVR 3. ex Cor. 84. *Confeſſores à Superioribus pro ſeipſis electi, valeant illos diſpenſare & rehabilitare, in his in quibus ipſimet Superiores diſpenſare ac rehabilitare poſſunt.* Quod ſupponit poteſtatem rehabilitandi eſſe penes Superiores: idque vi priuilegiorum.

PROBATVR 4. ex abſolutione quæ datur in reconciliationibus & Capitulis: *Authoritate priuilegiorum Ordinis, diſpenſo vobiſcum ſuper irregularitatibus, ſi quas contraxiſtis; & habilito vos exequutioni Ordinum & Officiorum veſtrorum.*

PROBATVR 4. quia diſpenſare ſuper irregularitate & rehabilitare, ſunt idem. Ideo Iulius II. diſpenſationem explicat, per verba quæ rehabilitationem important. Certè ſi diſpenſatio eſt Iuris relaxatio prouida, vtilitate ſeu neceſſitate penſata (ſine illa enim eſt diſſipatio) vt docent Gloſſa & Doctores communiter in c. *Requiritis*, §. niſi rigor 1. q. 7. qui eſt diſpenſatus ſuper irregularitate non eſt ampliùs irregularis, ſed rehabilitatus. Vt enim per irregularitatem reddebatur inhabilis, per diſpenſationem qua tollitur irregularitas, habilis redditur & rehabilitatur: ſublata namque cauſa, tollitur effectus.

DICO 4. Superiores noſtros abſoluere, diſpenſare & rehabilitare poſſe ſuos ſubditos, & hoſpites, modo quo ſupra, à peccatis, cenſuris, & irregularitatibus publicis: etiam in foro exteriori.

PROBATVR 1. quia in eadem Bulla, poteſtas hæc conceditur vniuerſaliter & indiſtinctè; ita

vt non diſtinguatur de publico vel occulto, de foro interiori vel exteriori. Ergo nec nos diſtinguere debemus quò ad forum, vel quò ad publicum & occultum, ſed priuilegium ſecundùm ſuam latitudinem indiſtinctè ſumendum eſt. CONFIRMATVR 1. quia ibid. excipiuntur enormes caſus prædicti, non alij, etiam publici: irregularitates etiam aliquæ prædictæ, non aliæ etiam publicæ: non excipitur etiam forum exterius. Ergo in reliquis ab exceptis, etiam publicis, etiam in foro exteriori, plenaria poteſtas datur. Exceptio enim, firmat Regulam in contrarium. CONFIRMATVR 2. quia Papa ibid. Superiores noſtros alloquens, ait: *Veſtra diſcretio cautè prouideat, vt Apoſtolicæ Sedis, Legatorum ipſius & Ordinariorum locorum in abſolutionibus huiuſmodi ſcandalum euitetur.* At non eſſet talis ſcandali periculum, ſi abſoluerentur non publici peccatores, idque in foro duntaxat interiori. Ergo intendit vt abſoluantur etiam publici; etiam in foro exteriori. CONFIRMATVR 3. quia Martinus V. ſimile priuilegium concedens Priori S. Benedicti, & Gregor. XIV. clericis dictis, Infirmorum miniſtri, illud limitant ad forum conſcientiæ. Ergo noſtrum quod eſt illimitatum, ſumendum eſt illimitatè: ita vt ſe extendat, & ad publicum, & ad forum exterius.

PROBATVR 2. authoritate grauium DD. Roderig. vbi ſupra a. 12. expendens ſimile priuilegium Sixti IV. ait: *Certum eſt quod Prælati Religioſorum, virtute priuilegiorum: non ſolùm in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro exteriori: non ſolùm quando homicidium caſuale eſt occultum, ſed etiam quando*

quando eſt publicum, poſſunt diſpenſare cum ſubditis, in irregularitate procedente ex homicidio caſuali. Et a.16. *Priuilegium Sixti IV. ad nihil deſeruit in foro conſcientiæ* (quia ſcilicet in tali foro illo gaudemus, Iure communi Concilij Trid. vt oſtendimus concluſ. 1.) *deſeruiet tamen vt poſſint Superiores diſpenſare in foro exteriori, cum ſubditis irregularibus: etiam ſi ipſorum irregularitas procedat ex delicto publico, quod aliquando in forum contentioſum fuit deductum.* Peirinis ſuper Conſt. 2. Iulij II. §. 9. n. 30. *Cùm Pontifex forum non exprimat, de vtroque intelligendum eſt priuilegium: cùm beneficium Principis latiſſimè interpretandum ſit, vt in l. Beneficium ff. de Conſt. Princip. Innoc. in c. Dilectus de donat. &c.* Idem ſentit Cruz. l. 1. de ſtatu Relig. c. 6. dub. 15.

Obiicies 1. Prælatus inferior nō poteſt tollere pœnas à Papa inflictas: ergo nec rehabilitare ſuper irregularitate Papali. Respondeo, antecedens eſſe verum, citra priuilegium. Eſt autem clariſſimum priuilegium hac in re, vt oſtendi concluſ. 3. Vndè donec expreſsè illi derogetur in Bullis Pontificiis, illo poſſumus vti.

Obiicies 2. cum Paſſarello in Schol. ex Genu. n. 30. Diſpenſatio eſt Iuris relaxatio, Rehabilitatio eſt iuris amiſſi reſtitutio: ergo non ſunt idem. Ergo qui poteſt diſpenſare, non poteſt rehabilitare; à diuerſis enim non fit illatio. Respondeo, diſpenſationem & rehabilitationem, non eſſe idem formaliter: eſſe tamen idem realiter; vt actio, motus & paſſio. Eadem enim omninò actio, vt eſt relaxatio Iuris, eſt diſpenſatio: vt verò eſt iuris amiſſi reſtitutio, eſt

rehabilitatio. Et hoc probant argumenta tertiæ concluſionis. Et certè non concipio quomodo relaxari poſſit Ius erga irregularem, quin ipſi ius amiſſum reſtituatur. Nec ad quid ipſi deſeruiat diſpenſatio ſuper irregularitate, qua relaxatur Ius; ſi ius amiſſum ipſi non reſtituatur per rehabilitationem. Si enim irregularitas reddit inhabilem irregularem: diſpenſatio vel nihil operatur (quod nemo dicat) vel illum reddit habilem, ius amiſſum ipſi reſtituendo, & ipſum rehabilitando: & hoc concludimus, & Sum. Pont. ita diſpenſationem explicat vt oſtendimus in prob. 2. concl.

Non poſſunt autem Prælati noſtri, diſpenſare ſuper inhabilitatibus incurſis ob tranſgreſſionem Regulæ, Correctorij, vel ſtatutorum Capitulorum Gener. Tales enim rehabilitationes, in Correctorio remittuntur. Cap. Generali vel Prouinciali: quod expendimus ſupra, Conſil. 2. Et Roderig. vbi ſupra q. 22. a. 8. Eſt enim prorſùs improbabile, ad hoc ſe extendere priuilegia cùm nulla neceſſitas ſubſit (celebrantur quippe quotannis prouincialia Capitula, quorum eſt inhabilitates examinare) cúmque contrarium, Religionis regimini penitùs aduerſetur. A diuerſis item non fit illatio: & inhabilitates Regulæ, Correctorij, vel Capitulorũ Generalium, non ſunt irregularitates, vel Eccleſiaſticæ cenſuræ, cùm in Iure Canonico non inueniantur; ſed pœnæ Regulares.

Vtrum

CONSILIVM XIII.

VTRVM DVM SVPERIORES Prælati Conuentum aliquem viſitant, Corrector illius Conuentus exiens ab illo, debeat vel poſſit Vicarium ſuo loco relinquere.

SVNT qui vtrumque negant. Fundantur fortè 1. in Correctorio 64. vbi dicitur, *Correctores locales ſuum exerceant Officium, inquantum ſibi à ſuis Superioribus Prælatis fuerit permiſſum.* 2. in ſtatuto Cap. Toloſ. n. 35. *Corrector recedens extra Conuentum, non ponat Vicecorrectorem in loco ſuo, præſente in eodem Conuentu maiore ſuo Superiore, niſi de ſpeciali aſſenſu ipſius.* Verùm

DICO, Correctores Locales, poſſe & debere Vicarium relinquere dũ exeunt è Conuentu, tam tempore Viſitationis, quàm extra illud de licentia tamen Superiorum Prælatorum, ſi adſint.

PROBATVR 1. ex Cor. 112. quod loquitur vniuerſaliter & indiſtinctè, obligans Correctorem è Conuentu exeuntem, abſque vlla temporis diſtinctione, ad relinquendum fratrem idoneum ſuo loco. Quòd autem hoc debeat fieri de licentia Superiorum Prælatorum ſi adſint; probatur ex præallato ſtatuto Cap. Toloſ.

PROBATVR 2. quia poteſtas quam Corrector habet relinquendi Vicarium dum exit è Conuentu, eſt ordinaria, non autem delegata; eſt enim à Iure Correctorij: poteſtas autem Ordi-

Digitized by Google

naria eſt,quæ eſt à Iure,vt docet Roder.to.1.qq. Reg. q. 17. a. 6. ergo non poteſt ab eo auferri à Generali vel Prouinciali:quod enim à Superiore conceditur, ab inferiori reuocari non poteſt. c. *Inferior*,diſt.21.Clem.*Ne Romani*,de electione.

Probatvr 3. quia Corrector Viſitationum tempore nec eſt ſuſpenſus nec depoſitus: ergo remanent illi ſalua iura ſua, Iuriſdictio ſcilicet temporalis & ſpiritualis: ergo dum exit è Conuentu etiam Viſitationum tempore, poteſt & debet illam alteri delegare; ne aut non ſit qui munus ipſius exequatur, aut cogatur Prouincialis,v.g. duorum Officia exercere, quod improbum & difficile eſt, c. *Singula*, diſt.89. Et certè abſurdum eſſet ad Prælatum viſitantem recurrere, vt minutioribus negotiis Conuentus prouideret abſente Correctore,quibus Corrector præſens, & in eius abſentia Vicarius ab ipſo deputatus, prouidet.

Probatvr 4. quia nullibi reperitur, Correctorem exeuntem è Conuentu Viſitationum tẽpore, Vicarium relinquere non poſſe: ergo id gratis dicitur. Et argumenta in contrarium, de omni tempore procedunt. Ideo

Ad primvm ℞. 1. Superiorem permittere Correctori ſuum Officium exercere, & in ſpecie Vicarium relinquere,cùm non contradicit;vtrũque ergo poteſt Corrector, donec contradicat, etiam Viſitationum tempore. ℞. 2. illam clauſulam intelligi, vt illam expoſui v. *Prouincialis*.& in caſu aliquo particulari,cum cauſa iuſta & euidenti, quam aſſignare tenetur Prouincialis: non enim ſufficit dicere ſe habere rationabilem cauſam,

ſam, ex Nauar.l.3. Conſ. de Regul.conſ.56.n.2. & Peirino ſuper conſtit.7.Pauli V.§.3.n.43. Poteſt ergo Prouincialis cum tali cauſa, impedire ne Corrector tempore bacchanalium v.g.fratres foras mittat, vel tempore Viſitationis, &c. item ne eodem tempote ipſe egrediatur. Non autem, ne Vicarium relinquat, ſi de eius licentia exeat: nulla enim rationabilis cauſa poteſt aſſignari ad hoc impediendum.

Ad secvndvm ℞.per illud ſtatutum,non tolli poteſtatem à Correctore exeunte conſtituendi Vicarum; hoc enim habet à Iure, quo Superior poteſt ſuas vices alteri mandare: Regula, *Poteſt*, de Reg.Iuris in 6. ſed ſolùm Correctorem obligari ad id faciendum de aſſenſu Prouincialis,ob reuerentiam. Et ille aſſenſus requiritur potiùs quò ad perſonam eligendam, quàm quò ad poteſtatem eligentis. Ita Peirinis ibid.n.48.

CONSILIVM XIV.

AN VICARIVS PROVINCIALIS ſuffectus in caſu mortis menſe Martio ſecũdi anni Prouincialatus, poſſit eligi in Prouincialem,pro triennio immediatè ſequenti.

Respondeo poſſe, donec aliter declaretur. Item, Vicarium Correctoris ſuffectum poſteriore ſemeſtri,validè electum fuiſſe 15.Sept.in immediatũ Correctorem.

Probatvr ex dictis v.*Vicarius*.Et confirmatur,quia è duobus quæ ſunt diuerſa,vno expreſſo

non

non venit aliud. Ioan. And. in c. *Suſceptum*, de reſcript. in 6. vbi literæ impetratæ ad obtinendum beneficium reſignandum, declarantur inualidæ ad illud obtinendum, ſi per mortem vacauerit ante reſignationem. Vt enim ibi dicit Gloſſa, *Vacatio per mortem & per renunciationem, ſunt diuerſa: & in conſtitutione odioſa, appellatione vnius reliquum non venit. Quia in odioſis non ſit extenſio de vno ad aliud, ſed verba debent ſtrictè & propriè capi.* Item, in materia ſtricta, illud cenſetur omiſſum quod non exprimitur. l. *Si cùm dotem.* ff. Sol. ma. l. *Commodiſſimè.* ff. de li. & poſt. c. *Sicut nobis.* de verb. ſignif. Nec fit extentio ad omiſſum, etiam ex maioritate rationis. c. *Si cui.* de præbend.

Quòd autem hic caſus ſit in materia odioſa, patet, ex parte Vicarij electi, ſi per Bullã Vrbani VIII. de ſolo Vicario Generali loquentẽ fiat ineligibilis, v.g. in Prouincialem immediatũ: ex parte talem Prouincialem eligentium, quibus adimitur poteſtas illum eligendi, etiam ſi vellent: & ex parte totius Religionis in Cap. Generalibus repreſentatæ, cùm quatuor ex ipſis declarent, talem Vicarium poſſe in immediatum Prouincialem eligi, vt patet v. *Vicarius.* Hoc enim Regulæ non aduerſari iudicarunt, benè tamen electionem in Prouincialem, factam in perſona Vicarij temporis longioris. Adde, legem quæ derogat Iuri antiquo, vel illud limitat, eſſe odioſam: ex Roderig. to. 1. qq. Regul. q. 11. a. 6. reg. 7. Soare l. 5. de legib. c. 2. n. 15. Cæterùm, odia reſtringi, fauores conuenit ampliari. per Reg. Iur. in 6.

An

CONSILIVM XV.

AN QVI PER TRIENNIVM PRO maiori parte Horis Matutinis Choro intereſſe nequit, ſit ineligibilis ad Officia, etiam ſi non ſit in Infirmaria.

RESPONDEO eſſe ineligibilem, vi ſtatuti c.5. Val.16.quod habes v.*Valetudinarius*: in quo particula: *Et*,ſumitur diſiunctiuè, pro, *Vel*.

PROBATVR 1. ex Regula Generali eiuſdẽ ſtatuti; *Qui in oneribus Religionis non poſſunt viuere,in honoribus non ſupportẽtur*.2.quia aliàs fruſtrà fieret mentio in illo,de iis,qui Choro,Horíſque Matutinis intereſſe nequeunt:ſufficiebat enim expreſſiſſe,in Infirmaria exiſtentes, quos conſtat intereſſe non poſſe Choro 3. quia ex Conſtit. Clem. VIII.n.36.tenẽtur electores iurare, probiores ac magis idoneos ſe electuros.Qui declarantur eſſe illi,qui poſſunt & conſueuerunt regulas Ordinis & conſtitutiones obſeruare,præſertim quæ pertinent ad ſeruitium Chori. A quo,ex iiſdẽ Conſt. n.1. Nullus prætextu cuiuſcumque priuilegij,vel Superioritatis,etiam Generalatus, cenſeri debet immunis: niſi pro tempore quo quis in proprij Officij munere actu fuerit occupatus.

EXCIPIENDI tamẽ ij ſunt,quos prædictæ Cõſt. n.1.à Choro,ſanos licèt eximũt(præter valetudinarios,iuxta ſtatutũ præallatũ.c.5.Val.) Lectores & Prædicatores,iis tãtùm diebus,&c.& ſtudiorũ cauſa legitimè impediti. Neque enim à Choro eximuntur,niſi ad magis ardua, eáque nõ vulgaria negotia obeunda,ad Religionis incremẽtum.

CONSILIVM XVI.

AN SACERDOS SVRDVS, VEL cæcus caſu, nec dans operam rei illicitæ, ſit ineligibilis ad omnia.

RESPONDEO illum eſſe ineligibilem ad ea quæ ob ſurditatem, vel cæcitatem non poteſt exequi, ad alia verò eligibilem. Ita Sylueſt. v. *Corpore vitiatus*, vbi dicit; illum non poſſe celebrare, nec in Altari miniſtrare: poſſe tamen prædicare & confeſſiones audire.

PROBATVR ex c. *Cùm percuſſio*, 7. q. 1. vbi dicitur, quòd afflicto non eſt danda afflictio. Vndè

COLLIGO, cæcum non poſſe eligi in Scribam, nec in Scrutatorem, vt patet. Nec in Superiorem, cùm Superioris munus rectè non poſſit exequi: ideo vt dixi v. *Cæcus*, declaratur priuatus voce paſſiua. *c. 5. Valent.* 19. Nec etiam poteſt eſſe Viſitator, ob eandem rationem. Tum quia Viſitatorem, oportet eſſe oculatum: de quo v. *Viſitator*. Non poteſt denique eligi in Collegam; tum ob rationem præallatam; tum quia vt oſtendimus v. *Pœnitentia*, Collegæ ſunt comparticipes Officij Prælati. Cùm ergo cæcus non poſſit eligi in Prælatum, ex c. 5. Valent. 19. ineligibilis eſt etiam in Collegam. Idem ob prædicta cenſeo de ſurdo, reſpectu Officij quod exequi rectè non poteſt: v. g. Prælaturæ, Collegatus, Scribæ & ſim. argum. c. *Cùm apud*, de ſpon. Certè con-

cipere

cipere non poſſum, quomodo ponderatis omnibus, ſurdus vel cæcus dignior ſit cæteris Religioſis alicuius Prouinciæ florentiſſimi Ordinis, qualis eſt noſter. Tenemur autem eligere digniorem.

Poteſt tamen cæcus eligi in Commiſſum. Quidquid enim Commiſſi officium reſpicit, reducitur ad electiones, negotiorum diſcutiones ſeu concluſiones, & literarum fratrum ad Capitulum delationes; quibus non obſtat cæcitas. Ideo in ſtatuto c. 5. Valent. cæcum non eſſe priuatum voce actiua, hoc eſt, illum poſſe eligere; & in Capitulo propoſita negotia cum aliis definire, declaratur.

CONSILIVM XVII.

AN PRIMOGENITVRA COMputanda ſit à profeſſione nulla.

RESPONDENT Nauar. l. 3. conſi. tit. de Reg. conſ. 40. & Rod. to. 3. qq. Reg. q. 17. a. 3. *Si quis bona fide ſe putauit eſſe profeſſum, & adueniente mala fide ratificauit ſuam profeſſionem, debet gaudere loco, quem ab initio, conſenſu Conuentus, accepit: argumento multorum quæ de effectibus bonæ fidei, & de euitatione ſcandali, & de modicitate rei, adduci poſſunt.* Quibus addo, quòd licèt parùm ſit aliis ob antiquitatem præferri: multùm tamen eſt à gradu iam poſſeſſo deiici. Vndè, priuatio primogenituræ, eſt ex grauioribus pœnis in Correctorio taxatis: nam

Turpiùs

Turpiùs eiicitur, quàm non admittitur hoſpes. Ideóque fortè multi reperirentur, qui comperto quòd illorum profeſſio eſſet inualida, ob ætatis defectum, v. g. illam tempore congruo ratificarent, & in Ordine perſeuerarent, ſi antiqua gauderent primogenitura poſt talem ratificationem; aliàs non.

AT CONTRA, quia cùm talis profeſſio ſit nulla, perinde eſt ac ſi non eſſet facta. At nullam præeminẽtiam acquireret ei qui ſic profeſſus eſt, ſi non eſſet facta. Ergo nec facta nulliter. Nec eſt rationi conſonum, nulliter profeſſum, ſeu non profeſſum, ideóque nouitium, Religioni & Religionis Votis non obligatum, & ad ſeculum redire valenti, præferri profeſſo prædictis obligato: cùm ex ſtatutis, à profeſſione, primogenitura ſit computanda. Profeſſio autem nulla, non eſt profeſſio. Quòd ſi validè profeſſus, præferendus eſt ei qui inualidam profeſſionem emiſit, antequàm illam ratam habeat; cùm vnus ſit verè profeſſus, alter verò non: etiam eſt illi præferendus poſt ratihabitionem ſubſequentem, à qua ſolùm verè profeſſus eſſe cœpit.

Adde, à Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 15. profeſſionem factam ante 16. annum expletum non ſolùm declarari nullam, ſed etiam nullam inducere obligationem ad quoſcumque effectus. Si ergo ad nihil profeſſum obligat Religioni, cur Religioſos poſteriores profeſſos, obligabit ad illi loco cedendum? Cur non obligatus, obligatorum gaudebit priuilegiis? Cur per annum obligatus, poſtponetur obligato duntaxat per

ſemeſtre?

Digitized by Google

ſemeſtre? Si qui ſentit commodum, ſentire debet onus: qui non ſentit onus, nec commodum ſentire debet.

Nec obstat bona fides. Licèt enim hæc, vſurpantem ius alienum ſaluet à peccato, illud tamen non facit ſuum, niſi poſt legitimam præſcriptionem. Qui enim rem alienam habet bona fide, putans illam eſſe ſuam; ſtatim atque ſuam non eſſe nouit, tenetur illam reſtituere. Ita Leſſ.l.2. de Inſt.c.14. dubit.1. & eſt communis. Iuris autem clari ignorantia, non ſufficit ad præſcriptionem, licèt ſit omnino inculpata, ſecundùm omnes, ex eodem ibid.c.6.dubit.5. ſaltem in foro exteriori. Et vbi ignorantia craſſa, vel inordinata cupiditas interuenit, non eſt bona fides, ex eod.ibid. dubit.2. Eſt autem clariſſimum Ius S. Conc. Trid.annullans profeſſionem emiſſam ante 16. annum expletum: ſicut & ſtatutum c.1.Valent.12.& c.1.Barch.28. dicens, primogenituram computãdam eſſe, non à die ſumptionis habitus, ſed à die profeſſionis. Eſt & ignorantia craſſiſſima, qua profitens, ætatem propriam ignorat: cùm per nouitiatus annum ſæpiùs audierit, annum 16. expletum requiri ad profeſſionem validam, vt præſumendum eſt; potuerítque de ætate à parentibus & ſimil. ſciſcitari, ne rem tanti momenti nulliter ageret.

Probari quoque poſſet mala fides, ſi cùm ſit 15. annorum, 19. vel 20. ſe eſſe dicat. Denique multùm intereſt Religionis, vt præſumatur interueniſſe mala fides: ne contra S.Canones, ante legitimam ætatem ad profeſſionem nouitij admittantur: ſed exactè ſeruetur ſtatum c. 4. Gen.

Digitized by Google

13. quod attuli v. *Nouitius*, p.49. nec ſegniter in ætate prædicta inquirenda, procedatur.

Non obstat etiam prætenſum ſcandalum indè obueniens, eſt enim penitùs imaginarium. Scandaloſum ſit, in peccatorum pœnam retrocedere: non tamen vt cuique ſibi debitus locus detur. Poſteriores profeſſi, vbi ſacris Ordinibus ſunt ordinati, præferuntur prioribus non ordinatis: quibus vbi ſunt ordinati, denuò poſtponũtur: nec indè tamen imminet vllum ſcandalum.

Non obstat etiam rei modicitas, quia ſi modicum eſt vnum præferri alteri: eſt & illi poſtponi, modicum; ſaltem citra delictum, vt in caſu de quo hîc. Nec ob rem etiam modicam, iuſtitia violari debet.

Non obstat denique quòd nulliter profeſſi fortè Religionem dèſererent, nec profeſſionem primam ratam haberent; ſi ſcirent ſe excidere ab antiqua primogenitura. Hoc enim & nouitij poſſent facere inſtante profeſſionis tempore, ſi tunc conſtaret illos non eſſe ætatis ſufficientis ad profitendum; ſicque illorum profeſſio differretur, & interim poſteriores nouitij profiterentur: quos prædictis nouitiis de cætero debere præferri non ambigitur, non obſtante inconuenienti præallato.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CONSI

Digitized by Google

CONSILIORVM SERIES.

De
- Capituli Generalis.
  - Statutis. pag. 1.
  - Poteſtate. 13.
- Electione.
  - Vicarij immediati. 91.
  - Chorum non frequentantis. 93.
  - Surdi, vel Cæci. 94.
- Prælatorum Ordinis poteſtate ſpirituali. 81.
- Primogenitura.
  - Prouinciarum. 21.
  - Correctoris SS. Trinitatis de Vrbe. 73.
  - Fratrum. 95.
- Quadrageſimali vita, quò ad
  - Purgationem ad præcauendos morbos. 34.
  - Inſeruientes laborantibus peſtilentias 53.
  - Viatores. 58.
  - Modum ſecernendi piſces à carnibus. 60.
  - Licentiam Superioris & Medici. 64.
  - Eſum piſcium in Infirmaria exteriori. 70.
  - Variarum difficultatum reſolutionem. 71.
- Vicario Correctoris, Viſitationum tempore. 89.

Digitized by Google